¶ Ad primū dico ꝙ lex canonica ⁊ lex eccleſie. ⁊ dicitur canon Canon vero ſcd̄m Iſidorum in libro ethimolo. grece. latine regula nuncupatur. Regl'a autem dicta eo ꝙ recte ducit. nec aliquando aliorſuȝ trahit Alij dixerunt regulam dictam ꝙ bene regat vel normam bene viuēdi prebeat. vel ꝙ diſtortuȝ prauumq; corrigat. di. iij. ca. i. Et dicit ibi glo. ſummaria ꝙ cōſtitutio eccleſiaſtica appellaꝛ varijs nominib; ¶ Aliquādo dicitur canon ¶ Aliquādo decretū ¶ Et aliqñ decretalis epiſtola Canon dicitur ꝙ ſtatuitur in generali concilio. Decretuȝ qd̄ ſtatuit papa de conſilio ſuorum cardinalium ad nullius conſultationem. Decretalis vero epiſtolaquam ſtatuit papa vel ex ſe vel cum conſilio cardinalium. Inueniuntur etiaȝ alie canonice inſtitutionis appellationes. vt dogma. mandatuȝ. ſanctio. Dogma eſt in doctrina cōſiſtens fidei chriſtiane Mandatum in doctrina de moribus Sanctio vbi pena adijcitur tamen vnum aliquando ponitꝰ p alio. xxv. q. ij. ca. ſi qs. ¶ Secūdum quod eſt videndum vtrū omnes chriſtiani obligētur ad obſeruantiam legis canonice. ¶ Et ad hoc reſpondetur ꝙ ſic vnde ſcribitur extra de conſtitutionibus capitulo canonū. Canonum ſtatuta ab omnib; cuſtodiantur. Gloſa ſuper verbo ſtatuta. Non abrogata illa enī ſeruanda non ſunt. xxvi. diſti. capitulo. i. xxxvi. q. vltima. ca. vltimo. Et iterum glo. ibi Statuta ſeruanda ſunt continētia precepta vel prohibitōes. Aliās ſi de conſilio loquerentur nō obligarent. xiiij. q. i. ca. qd̄ precipitur. Precepta igiꝛ eccie obligatoria ſunt. Sicut etiā pbaꝛ di. xij. c. preceptis. ⁊. c. nō decet Et di. xix. c. in memoriā. capi. nl'li fas. ¶ Vn̄ ⁊ dei filiꝰ ieſus benedictꝰ Mathei. xviij. capi. dixit. Qui ecciam nō audierit ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. ¶ Sed ꝯtra arguet aliqs ꝙ viri iuſti nō obligātur ad obſeruantiā legis canonice. nā vt ait apl's Pe ad thimotheū. i. c. Lex iuſto poſita nō ē ſȝ impijs ¶ Ad qd̄ rn̄det tho. i. ij. q. xcvi ꝙ lex de ſui ratione habet duo. primū eſt. quia eſt regula hūanorum actuum. Scd̄m qꝛ hēꝛ vim coactiuam. Dupliciter ergo pōt aliquis legi eſſe ſubiectus

ergo pōt aliq̄s legi eē ſubiect⁹.
Uno modo ſicut regulatum
regule. ⁊ hoc modo oīs qui
ſubdunt̄ ptāti: ſubdunt̄ legi q̄ꝫ
fecit poteſtas. ꝙ aūt aliq̄s nō
ſubījciat̄ poteſtati pōt cōtinge
re dupliciter. Uno mō q̄ꝛ ē ab
ſolutus ſimpliciter ab ei⁹ ſub
iectione. vñ illi qui ſunt d̄ vna
ciuitate vel regno nō ſubdunt̄
legib⁹ p̄ncipis alterius ciuita-
tis vel regni ſicut nec dn̄s ei⁹.
¶ Alio mō ſm ꝙ regit̄ alia lege
ſupiori. puta ſi aliq̄s ſit ſubie-
ctus proconſuli regulari de-
bet eius mandatis. Sed non
in his que diſpenſant̄ ab īpera
tore. q̄ꝫtū eīm ad illa nō aſtrin
git̄ mādato inferioris cū ſupio
ri mandato dirigatur. ⁊ ſm h̄
ꝯtingit ꝙ aliq̄s ſimpliciter ſub
iectus legi ſm aliqua legi non
aſtringat̄ ſm ꝙ regit aliqua le
ge ſupiori. Et ad hoc facit qd̄
dicit aug⁹ di. viij. c. que ꝯ mo
res. Sicut in poteſtatib⁹ hūa-
ne ſocietatis ad obediēdū ma
ior minori recte p̄ponit̄. ita de
us omnib⁹. Alio mō dr̄ aliq̄s
ſubījci legi ſicut coactū cogen
ti. ⁊ hoc mō hoīes ꝟtuoſi non
ſubījciunt̄ legi. ſed ſolum mali.
Nō eīm eſt coactum ⁊ violētū
eſt ꝯtrīū volūtati. volūtas aūt
bonoꝝ ꝯſonat legi a qua volū
tas maloꝝ diſcordat. Et ſic i
telligit̄ dictū apoſtoli ꝙ iuſto

non eſt poſita lex ꝑ modū co-
actionis. q̄ꝛ voluntarie obedit
¶ Scd̄o aliqui obījciūt ꝙ nō
oēs obligant̄ ad obſeruantiā
legis. nā. xix. q. ij. c. Due ſūt le-
ges. ⁊ extra de regularib⁹. c. lic.
Ponit̄ dictū apoſtoli. vbi ſpi-
ritus ibi libertas. l. ꝙ qui lege
p̄uata ſpūſſancti ducunt̄ nulla
rō exigit vt aſtrigat̄ lege publi
ca. i. humana. Nam lex ſpirit⁹
ſancti ē ſup oēm legem huma
nitus poſitam. ex quo videtur
ꝙ illi qui ducunt̄ lege ſpūſſan-
cti nō ſubduntur legi humane
¶ Ad qd̄ rñdem⁹ ꝙ tales n̄ ſub
dunt̄ legi hūane q̄ꝫtū adeo q̄a
de q̄ſūt ꝯtria ductioni ſpiritus
ſancti. Sꝫ tñ hoc ipm ē de du
ctu ſpūſſancti ꝙ viri ſpiritua-
les ſubījciant̄ legib⁹ humanis.
ſm illud Petri. Subditi eſto
te omni humane creature ꝑpt
deum. Hinc ambro. xi. q. i. c.
Magnum ait. Magnū q̄dā
⁊ ſpāle documētū ꝙ xp̄iani vi
ri poteſtatibus ſublimioribus
decenter debent eē ſubditi ne
quis ꝯſtitutionē terreni regis
putet eſſe ſoluendā: Si eīm cen
ſum filius dei ſoluit quiſ tu tā
tus es qui non putas eſſe ſol-
uendū. ¶ Tertio arguit̄ ꝙ nō
oēs obligent̄ ad obſeruantiam
legis humane. Nā papa ⁊ ipa
tor legib⁹ nō ꝯſtringunt̄. ff. d̄ le
gib⁹. l. p̄nceps. ix. q. iij. c. cūcta

¶ Ad hrn̄dē q̄ hoc ſic debet intelligi q̄ p̄nceps eſt ſolut⁹ legibuſ nō q̄ nō debeat illas ſeruare cū īpator ꝛ papa ꝓfitēnt ſe legib⁹ velle viuere. C. ð legib⁹. l. digna vox. C. de teſtamētis. l. ex impfecto ꝛ. ii. q. vii c. Nos. Sed eſt intelligenduꝫ q̄ p̄nceps nō eſt ſubditus quātū ad vim coactiuā. null⁹ eniꝫ cogit̄ a ſeipſo. Nō em̄ habꝫ lex vim coactiuā niſi ex principis poteſtate. ꝛ ſic dr̄ p̄nceps ſolutus lege. qꝛ ſi tranſgredit̄ null⁹ pōt in eū ferre ſnīam ꝯdēnationis. Unde Hiero. de pe. diſ. iii. c. Totā. ſup illo ꝟbo Dauid. tibi ſoli peccaui. ait. Rex em̄ erat ꝛ aliū nō timebat. ſ. q̄ poſſet eū punire de adulterio. ꝛ ideo dixit. tibi ſoli peccaui q̄ſi dicat. Tu ſol⁹ habes me punire. Sed inquantū lex hꝫ vim directiuā princeps ē ſubditus legi ſue ꝓpria. ſ. volūtate ꝛ debet ſeruare. Unde Iſido. diſ. x. ait. Iuſtū eſt principē obtēperare legib⁹ ſuis. Tunc extimet ſua iura ab aliis ſeruāda qn̄ ipſe primus reuerentiam p̄bet. Et dn̄s Ieſus redarguit eos qui imponunt aliis onera grauia ꝛ importabilia ꝛ digito ſuo nolūt ea mouere vt patet in euangelio hodierno. vnde quantum ad dei iudicium princeps nō eſt ſolutus legib⁹ quantū ad vim directum. ſed debet volūtarius nō coactus ſeruare. Eſt em̄ pīceps ſupra legē inquantū cū expediēs fuerit poteſt eam mutare. ꝛ in ea ꝓ loco ꝛ tempore diſpenſare.

¶ Tertium quod erat vidēdū que ſunt p̄cepta eccleſie que obligant ad mortale. ¶ Et ad hoc ſciendum q̄ lꝫ ſint multa. tamen ex illis nos aliqua explicabimus. ¶ Primū p̄ceptū eſt de celebratione feſtoꝝ. de q̄b⁹ agitur de conſe. diſ. iii. ca. Pronunciandum. ꝛ extra de feriis. per totum. ¶ Secunduꝫ p̄ceptum eſt de obſeruatiōe ieiunioꝝ dieb⁹ determinatis per eccleſiā. de quib⁹ ieiuniis habetur de conſe. diſ. v. ca. quadrageſima. ꝛ lxxvi. diſ. ꝑ totū. ꝛ extra de obſ᷑. ieiu. ꝑ totuꝫ. ¶ Tertiū p̄ceptū ē de abſtinentia ab eſu carniū oī ſexta feria ānī. de cō. di. iii. c. ð eſu. niſi cū natiuitas xp̄i venerit tali die. extra ð obſer. ieiu. ca. fi. ¶ Quartū p̄ceptū ē de auditiōe miſſe diebus dn̄icis ꝛ feſtiuis. de cō. di. i. c. miſſas. extra de ꝓrochiis. c. vt dn̄icis dieb⁹. ¶ Quintū p̄ceptū ē de ꝯfeſſiōe. extra de pe. ꝛ re. c. oēs ¶ Sextū p̄ceptū ð coione dcō. c. oēs ¶ Septimū p̄ceptū de ſolutiōe decimaꝝ. extra de deci. ꝑ totū. ꝛ xvi. q. i. c. reuertimini ¶ Octauū ē abſtinēr ab oī

actu quo prohibetur ſub pena excõicatõis ꝛ ꝑ maxie late ſnie Nã ꝯtrariũ faciẽdo ẽ peccatuꝫ mortale. ſiue ſit lata a iure vniuerſali. ſiue ſinodali ſiue ab homine. etiã ſi illud de ſe non ſit pctm̃. Puta ingredi in monaſteriũ monialiũ nõ mala intentione ſed ad videndũ locuꝫ de ſe nullũ eſt pctm̃. Sed ſi eſt lata ſnia excõicationis ꝯtra ingrediẽtes ingrediẽs extra caſuꝫ neceſſitatis peccat mortaliter. Et hoc niſi excuſet eũ ignorãtia iures illiꝰ. ꝛ habeat iuſtã cauſaꝫ ignorãtie. ꝛ niſi iniuſte ſnia feratur ab homĩe. Nam ꝛ ſi liget talis ſñia nõ tñ ꝯſcia in conſpectu dei niſi ꝯtẽneret. xi. q. iij. c. ꝛ ſi dãnatis. ¶ Nota tamẽ hic ſm glo. in. c. Relatũ. extra de iurepatronatꝰ. qd ſi quid prohibeatur ſub pena excõicatõis ſiue anathematis licet quis faciat ꝯtra nõ eſt excõicatꝰ ſed dẽt excõicari. Secus videt ſi dicatur ſub interminatõe anathematiſ. vel ſi dicat ſub excõicatõis intpoſitõe. qꝛ q̄ ꝯtra facit ẽ excommunicatus. lxiij. di. c. ſalonitãe extra de locato ꝛ ꝯducto. c. i. qꝛ ꝑ illa verba innuit ꝙ excõicatõis ſnia lata ſit. extra de ſimonia. c Sicut. ¶ Nonũ preceptum eſt de vita cõi excõicatoꝝ. xi. q. iij. c. tũ excõicatoꝝ hoc in diuinis officijs. Nã ꝑticipare cũ excõicatis excõicatõe maiore in diuinis ſciẽter ẽ mortale ſm tho. et alios etiã ꝑticipãdo in alijs vt loquela mẽſa qñ hoc fieret i cõtemptũ eccie vel poſt ꝓhibitionẽ prelatoꝝ ſpãliter factuꝫ ſuꝑ hoc. ¶ Nota tñ hodie ꝙ decretũ ꝯſtãtiẽſe hoc fuit modificatũ. ſ. ꝙ nõ tenẽtur fideles excõicatos vitare etiã in diuinis. niſi poſtq̃ fuerint publice denũciati vel ꝓpter publicã manum iniectionẽ in ꝑſonã eccleſiaſticã tñ extra de ſen. ex. c. cum nõ ab hoie. habet in textu ꝛ glo. ꝙ qñ aliqs ſcit aliquẽ fore excõicatũ lꝫ ille nõ ſit denũciatꝰ dꝫ eũ vitare. Et ſi ſolus nouit priuatuꝫ tm̃ euitet. vi. q. vij. c. Tm̃. ꝛ. c. Placuit. ¶ Decimũ preceptuꝫ ꝯcernit clericos q̄ tenẽtur quotidie dicere ſeptẽ horas canonicas. extra de cele. miſſa. c. Dolẽtes. ¶ Undecimũ preceptuꝫ ꝙ religioſi nõ dicãt aliqua retrahẽtia hoies a ſolutõe decimarũ ꝛ ꝙ ꝯfeſſores faciãt ꝯſcientiaꝫ ꝯfitẽtibꝫ de decimis. ꝛ ꝙ ꝑdicatores predicẽt de materia decimaꝝ cũ fuerint ſuꝑ hoc a ꝑlatiſ eccleſiaꝝ requiſiti in clemẽtina Cupiẽtes. de penis. ¶ Duodecimũ ꝑceptũ ꝙ volẽtes nubere nõ ꝯtrahãt ſi hñt aliqd impedimentũ illo impedimẽto ſtante. Et ꝙ nõ ꝯtrahãt matrimonia clãdeſtine. ꝛ ꝙ nõ cõſumãt

matrimoniū nec faciant nupti
as in tp̄e prohibito ꝛ ſiĺia. ſunt
ꝛ alia p̄cepta eccie q̄ omittim⁹
cauſa breuitatis.

¶ Qd̄ lex hūana ex rōnabili cā
ſm ea q̄ occurrere p̄nt mutat̄
rationabiliter.

Capitulum ſecundum:

SEcundū miſteriū declarandū de lege canonica dr̄ mutatio. dicit Aug. in li. de libero arbitrio. lex tp̄alis q̄ꝟuis iuſta ſit. mutari tñ per tp̄a iuſte pōt. ꝛ de ſentētia excōicationis li. vi. cap̄. Alma. Alma mater eccia plerūq; nōnulla rōnabiliter ordinat ꝛ ꝯſulte que ſuadēte ſubiectoꝝ vtilitate poſt modū ꝯſulti⁹ ac rōnabilius reuocat in meliuſue commutat. ¶ Pro cui⁹ declaratōe dt̄ tho. prima. ij. q. vij. arti. i. Lex hūana ē quoddā dictamē rōnis q̊ dirigūtur act⁹ hūani. ¶ Et ſm h̄ duplex pōt eē cā q̄ lex hūana iuſte mutet̄. vna quidē ex parte rōnis. alia vero ex p̄te hominū quoꝝ act⁹ hūana lege regulantur. ¶ Ex p̄te quidē rōis qꝛ humane rōni naturale eſſe videt̄ vt ḡdatim ab imp̄fecto ad p̄fectū veniat. Vñ videm⁹ in ſciētijs ſpeculatiuis q̄ qui primo philoſophati ſunt quedā imp̄fecta tradiderunt. que poſtmodū p̄ poſteriores magis ſunt p̄fecta ita ē etiā in op̄abl̄ib;. Nam primi q̄ inuenerunt aliq̄d vtile cōitati hoim nō valētes oia ex ſeipſis ꝯſiderare inſtituerūt q̄dā imp̄fecta in multis deficientia q̄ poſteriores mutuauerunt inſtituētes aliqua q̄ in paucioribus deficere poſſent a cōi vtilitate. ¶ Ex p̄te vero hoīm quoꝝ act⁹ lege regulant̄ lex recte mutari pōt p̄ mutatiōnē ꝯditionis hoim q̄b; ſm diuerſas eoꝝ cōditōes diuerſa expediunt. ſicut Aug. ponit exēplū li. i. d̄ libero arbitrio q̄ ſi popul⁹ ſit moderatus ꝛ grauis cōiſq; vtilitatē diligētiſſim⁹ cuſtos recte lex fert̄. q̄ ſibi liceat magiſtratus creare p̄ quos reſpublica adminiſtret̄ Porro ſi paulatim populus deprauatus habeat venale ſuffragiū ꝛ regimē flagitioſis ſceleratiſq; cōmittat̄ recte adunit̄. p̄tās tali pp̄lo dādi honores ꝛ ad paucoꝝ bonoꝝ redit arbitrium. Et q̄ꝟuis lex hūana deriuetur a lege naturali q̄ ē imutabilis nō tñ ſequit̄ q̄ ip̄a etiā lex hūana ſit imutabilis. rō ē qꝛ lex naturalis ē quidā p̄ticipatio legis eterne. iō imobilis perſeuerat qd̄ h; ex imobilitate diuine rōnis inſtituētis naturā. Sꝫ rō hūana mutabilis ē ꝛ imp̄fecta Et iō lex hūana ab ea p̄cedēs eſt mutabilis. Itē qꝛ lex naturalis ꝯtinet q̄dā vniuerſalia p̄

ſmo xvij

cepta que ſemꝑ man̄t lex autē ab hoīe poſita quedā precepta pticularia ſm diuerſos caſus q̄ emergūt. Ex q̄ ſicut iura ciui lia ſiue cōia. ſiue municipalia mutata ſunt diuerſis tpibꝰ. ita ꝛ iura canonica. Qd oñdit Gratianus p exemplū circa electionē pontificū. dicit enī diſt. lxiij §. poſt. c. Nota. Principi ꝛ imperatoribꝰ electões ſummoꝝ pōtificū atq; alioꝝ epoꝝum. vt Gregorij ꝛ ambroſij referēdas vſus ꝛ conſtitutio tradidit pro ſciſmaticoꝝ ꝛ hereticoꝝ diſſētionibꝰ qbꝰ eccia dei nōnunq̄ concuſſa pclitabat. Repn̄tabat̄ q̄ electio catholicoꝝ principibus vt eoꝝ auctoritate roborata nl̄lus hereticoꝝ vel ſciſmaticoꝝ auderet ꝯtraire. Et in. §. ſequēti ſubdit veꝝ q̄ imꝑatores aliq̄n modū ſuū ignorātes nō in numero ꝯſentientiū ſ3 primi diſtribuentiū imo exterminātum eſſe voluerūt. Frequēter etiā in hereticoꝝ pfidiā ꝓlapſi catholice mr̄is eccie vnitatē īpugnare conati ſunt ſcōꝝ patrū iſtituta ꝯ eos ꝓdierūt, vt ſe electiōi non ingerēt. Et quilq; eoꝝ ſuffragio ecciam obtinēt anathematis vinculo innodaret. ¶ Sicut etiā ſcriptura diuina dic̄ q̄ Ezechias poſtq̄ diſſipauit excelſa vbi. ſ. ydola colebātur cōfregit etiā ſerpentē eneum quem fecerat moyſes. qꝛ illū ſerpentē deꝰ fieri iuſſerat ne ſerpētina morte ppl̄s interiret. Ille aūt populꝰ iam venerari ꝛ colere cepat. Idcirco deſtruxit iſte qd deo volēte fecerat ille. Ex q̄ hoc magna auctoritas ē in eccia hn̄da. vt ſi nōnulli ex p̄decefforibꝰ ꝛ maioribꝰ fecerūt aliq̄ ſtatuta. ſ. q̄ pro illo tpe fuerūt ſine culpa ꝛ poſt ea vertūtur in errorē ꝛ ſupſtitōnē ſine aliqua tarditate ꝛ cum magna auctoritate deſtruēda ſunt. Hec grānꝰ. Et dt ibi glo. q̄ ſucceſſores debēt mutare facta inſtituta āñceſſoꝝ etiā bōa ſi viderint eſſe pniciosa exemplo xij. q. i. c. Uidētes. xxxi. q. i. ca. i xcvi. di. c. bn̄. in fine. extra de decimis. c. Suggeſtū. ¶ Notandum tn̄ q̄ mutatio legū fieri n̄ debet ſine cā multū vtili vel neceſſaria. vn̄ Nico. papa diſ. xij. Ridiculū inqt ē ꝛ ſatis abhominabile dedecꝰ vt traditiões quas a prib; accepimꝰ infringi patiamur. Ideo inqt. Thomas vbi ſupra q̄ lex humana inq̄tū p eius mutationē prouidet bono cōi. Habet aūt ipa legꝫ mutatio quantū in ſe ē quoddam detrimentū cōis ſalutis. qꝛ ad obſeruantiā legū plurimū valꝫ ꝯſuetudo vn̄ qn̄ mutat̄ lex vis cōſtitutiua legū minuit̄ inq̄tū tollit̄ ꝯſuetudo. Et iō nūq̄ dꝫ lex mutari niſi ex alia pte tm̄ re

compēſetur cōi bono cōicꝫ ſalu ti cꝫtū ex iſta pte derogaꝛ. Nō quidē ꝯtigit ex hoc ꝙ aliq̄ ma/ xima ꝛ euidētiſſima vtilitas ex nouo ſtatuto ꝓuenit vel ex eo ꝙ eſt maxia neceſſitas eo ꝙ lex cō ſtituta aut grauamē aut iniq̄/ tatē ꝯtinet aut eꝰ obſeruatio ē plurimū nociua. Vn̄ dicitur a iuriſperito ꝙ in rebꝫ nouis ꝯſti tuēdis euidēs dꝫ eſſe vtilitas vt recedatur ab eo iure quod diu equū viſum ē. Et cū leges ha/ beāt maximā virtutē ꝛ ꝯſuetu dinē vt dicit pħs .ij. politice Jō nō ſunt de facili mutāde. ex h̄ in decretis ponūtur multa que a ꝯſilijs vel ſummis pōtificibꝫ edita q̄ tn̄ ſunt imutata ſeu re/ uocata. Aliq̄ qppe abrogata ꝑ cōtrariā ꝯſuetudinē. Sicut di ximꝰ in ſermone de ꝯſuetudine de ieiunio ichoādo a clericꝫ de diebꝫ rogationū ꝛ ſilibꝫ. Jtem xxij. q. v. c. Honeſtū habetur ꝙ iuramentū in iudicio fiat a ie/ iunis. Et in. c. Decreuit. Dici tur ꝙ in quadrageſima in ad/ uētu in diebꝫ dn̄icis nō exigan tur vel exhibeātur iuramenta. ſcꝫ ſolēnia in iudicio. Et vtrū/ qꝫ ē abrogatū ꝑ ꝯtrariā cōſue/ tudinē multa etiaꝫ edita antiq̄ iure ſunt imutata. Sicut ele/ ctio ſummi pōtificis non a car dinalibꝫ tm̄ ſed etiā ab alijs re ligioſis ꝛ clericis faciēda aucto ritate Nico. pa. Sicut habet xxiij. di. c. Jn nomie dn̄i ep̄oꝝ electio non a canonicis tm̄ ita ſcꝫ maioris eccl'ie. ſꝫ etiā ab ali is clericis faciēda ꝭm ordina/ tionē Jnnocētij factā in ꝯſilio rome. q̄ habetur diſ. lxiij. capi. Obeūtibꝫ. Sꝫ electio pape ho die fit a cardinalibꝫ. vt in capi. Vbi pericl'm. de ele. li. vi. Ele/ ctio epoꝝ ꝭm iura cōia fiebat a canonicis cathedraliū eccleſiaꝝ ꝛ ꝯfirmabaꝛ a metropolitanis Sed hodie ſummi pontifices reſeruāt ſibi ꝓmiſſionē ꝛ colla/ tionē oīm dignitatū. ſ. p̄triarcha rū metropolitanoꝝ epoꝝ. abba tū prepoſituraꝝ plebanatiū ſeu ptoratuū ꝛ ecciaꝝ collegiataꝝ. Jtē di. lxxxij. ꝛ. lxxviij. ꝑ totuꝫ habeꝛ de etate ordinādoꝝ. ſ. ꝙ ad ſubdiaconatū nō debeat qs ordinari an̄ annū. xx. Ad dya/ conatū an̄. xxv. Ad preſbytera tū an̄. xxx. Jbi etiā habeꝛ decre tis interſticijs ſeruādis inter or dinē et ordinē. Sꝫ ꝑ clementi nā de etate et qualitate ordinā/ doꝝ hec imutata ſunt. et ibi de terminatur ꝙ ſubdiaconus in xviij. anno. ¶ Dyaconus in. xx Sacerdos in. xxv. incboato. ꝛ ſi non completo valeant ordi/ nari et non ante ſine diſpenſatō ne pape. Nec interſticia illa oportet ſeruari Sed ſi legitima etas exiſtit ad omnes ordines

infra annum poteſt quilibet ꝓ
moueri Immo infra vnā q̄dra
geſimam vt.ſ.in prima domi
nica eius recipiat omnes ordi
nes minores. In ſequenti ſab
bato ſubdiaconatum. In ſab
bato ante dominicam de paſ
ſione diaconatum. In ſabba
to ſancto ſacerdotiū dūmodo
alias ſit idoneus. ¶ Itē in cau
ſa.xxxv.que ponunt in.q.ij.iij
iiij.⁊.v.quo ad gradus cōſan
guinitatis ꝓhibitos ad cōtra
hendū matrimoniū.ſ.ſex gra
dus correcta ſunt ⁊ imutata p
decretalē Gregorij noni q̄ ha
bet extra de ꝯſangui.⁊ affini.c
Non decet. vt dicit glo. vbi di
minuunt duo gradus de illis
ſex.qꝛ difficile erat ⁊ menti re
tinere tot gradus. vnde multi
ex ignorantia ꝯhebant in gra
dibus ꝓhibitis. ¶ Item.ij.q.
iiij.c. Sepe contigit.ſtatutum
erat ꝙ cum furtū reperitur fa
ctū in monaſterio. ⁊ ignoratur
auctor deberet fieri talis pur
gatio. vt abbate vł alio ex mo
nachis celebrāte miſſam omni
bus det cōmunio ſub hac for
ma. Corpus dn̄i ſit tibi ad ꝓ
batio nem hodie. Dicit glo. et
bene ꝙ iſtud ſtatutū ē abroga
tū qꝛ indebite fieret. Sic ⁊ alia
multa ſunt que ſingula recēſe
re nimium foret ꝓlixum.
¶ Quod in lege poſitiua rati
onabilis eſt diſpēſatio que fit
vel ex vtilitate vel ex neceſſita
te. Capitulū tertium.

Tertiū myſteriū decla
randū dꝫ diſpenſatio
vbi ſciendū ꝙ diſpēſa
re in legibus vel eas interpreta
ri ſpectat ad p̄latos ⁊ rectores
qui.ſ.in huiuſmodi hn̄t ptātē
niſi ſubita neceſſitas occurrat
cui oporteat ſubito obuiarī ne
ſequatur aliqđ incōuenies Nam
tūc ipſa neceſſitas habet anne
xam ipſam diſpēſationē legis.
⁊ q̄libet per ſe pōt interp̄tari le
gem ⁊ diſpenſare ſecū ⁊ p̄cipue
cū nō pōt ad ſuperiorem habere
recurſū. vt pꝫ.i.q.i.c. Si ḡ pu
ta cū q̄s grauiter infirmatur tem
pore ieiunij ab eccleſia inſtitu
ti per ſe ipm̄ pōt diſpenſare ſe
cū in lege ieiunij ⁊ interp̄tari ꝙ
non obligetur ad illā. In obſerua
tōe em̄ legū vel p̄ceptoꝝ maxie
debet attendi ⁊ ſeruari intētio
ferētis legē vel p̄ceptū. de qua
ſi ꝯſtet ⁊ ꝯtria ſit ad ſcripturaꝝ
legis vel verbū p̄cepti eā obe
diendū eſt omiſſa littera legis
vel p̄cepti.xxij.q.vi.ca. Huane
Si aūt dubitat de intentione
ſtandū ē littere ſm Archidia.
Vel habeat recurſum ad ſupio
rem ſi pōt haberi cuius ē inter
p̄tari et diſpenſare. vel ſi non
pōt haberi: habeat ꝯſiliū peri

toꝝ. ¶ Pñt aũt ipſi plati ⁊ de bēt cũ adeſt cauſa rōabilis di penſare puta alicui⁹ neceſſita tis vel vtilitatis. vnd̄ extra d̄ pben. c. expoſuiſti. glo. ait. Ne ceſſitas vł vtilitas iſta duo fre quenter diſpēſatione inducũt i. q. vij. c. Tali. ¶ Hinc Hoſti en. ita diffinit diſpenſationem Diſpenſatio ē iuris alieuiãtio facta cũ cauſe. ſ. rōnabilis cog nitione ab eo qui pōt. Si ꝓo plati abſq̧ rōnabili cauſa vel ſaltē dubia ꝑ ſola voluntate li centiã tribuũt veniēdi contra legē ſm Bern̄. in li. de p̄cepto ⁊ diſpenſatiōe non erũt diſpē ſatores ſed diſſipatores. ⁊ pec cabunt ipi diſpēſantes cũ diſ penſatis ſi eis vtunł. Et quia papa in eccleſia dei habet ꝑle nitudinē ptãtis in oībus pure poſitiuis habet plenitudinem ptãtis diſpenſandi ⁊ ſic d̄ȝ ha bere oīa iura i ſcrinio pectoriſ ſui. de ꝯſti. in. c. lȝ. li. vi. q̄tum ſ. ad interp̄tationē ⁊ diſpenſa tionē. Epi aũt diſpenſare pñt ſm cōmunē opinionē doctoꝝ in his que nō ſunt eis a iure ꝓ hibita. extra de ſen. excō. c. Nu per. ⁊ di. l. c. Viroꝝ. que autē eis ꝓhibeanł habes i glo. In neceſſitate ꝓo manifeſta in oī lege poſitiua diſpenſał Unde i. q. i. in. c. remiſſionē ⁊ extra de obſeruatione ieiunioꝝ. c. conſi lium. Neceſſitas nō habȝ legē ſed ipſa ſibi legē facit. ⁊ d̄ regu lis iuris. c. quod non eſt qd̄ nō eſt licitũ in lege: neceſſitas lici tum facit. nã ⁊ ſabbatuȝ cuſto diri p̄ceptũ eſt. Machabei tñ in ſabbato ſine culpa pugnãt Et ad idē facit. c. q̄nto Extra de ꝯſue ⁊ de ꝯſe. di. iij. ca. Per uenit. ⁊ de conſe. di. v. c. Diſci pulos. ⁊. lxxxi. di. c. quiſquis ⁊ c. delicie. ⁊. lxxxi. di. c. Cũ om nib9. ⁊ extra de furtis. c. ſiquis ¶ Sed querunt aliqui quare ſi quis furał ꝓpter neceſſitateȝ famis debet tres ebdomadaſ penitere. vt dicitur p̄tacto ca pitulo Si quis. ¶ Reſpōdet glo. qꝛ modica fuit neceſſitas. ſed ſi magna fuiſſet: non impo neretur penitentia. ¶ Adhuc querił quare non excuſał muli er a fornicatiōe ꝓpł neceſſitatē famis: ff. de ritu nuptiaꝝ. l. pa lã. §. nō ē ſicut excuſał a furto. Rñdȝ glo. Et q2 ꝑ neceſſitatē facta eſt cōis. vt. xlij. di. §. i. et xxiij. q. iij. in. c. qd̄ aũt. Sed in fornicatione non eſt ita. ideo nulla neceſſitate licet fornicari lxxxviij. diſ. c. fornicari. Et po tiuſ debet mulier omnia mala ſuſtinere q̄ fornicari. xxxij. q. v cap̄. Ita ne. ¶ Amplius queri tur. Cur excuſatur homo ab hōicidio ſi ex neceſſitate ieuita bili ſe defēdēdo aliquē occidit

¶ Ad hoc dicit glo: q̄ interfici
ens non ipſe interficit. ſed po
tius qui interfectus ē ſe interfe
cit qui aggredit illum extra de
homici. c. Sicut lator. Spiri
tuſcō igit inſtigāte m̄lta a ſan
ctis patrib' edita ſūt. ſaluber
rima ſtatuta ⁊ ſanctiſſime con
ſtitutiōes quibus poſſent fide
les ſpūaliter viuere. ¶ Sed ho
die xp̄iani populi aures habēt
⁊ non audiūt. q̄ꝫ pauci ſūt q̄
īplere ſtudeāt illa p̄cepta eccle
ſie q̄ i prima pte explicam⁹. q̄n
īmo laudāt illa verbis ⁊ appro
bant tanq̄ꝫ digniſſima. ⁊ digi
to ſuo nolūt ea mouere. Dies
feſti coīter violant. nō ſacrifi
cant cū illis vacēt viri ⁊ mulie
res vanitatib⁹ ⁊ diſſolutiōib⁹
execrandis. ¶ Jeiunia guloſis
mult; ⁊ voluptuoſis exoſa ſūt
Miſſe ex cōi corruptela a puel
lis nubilib⁹ nō audiunt quib⁹
ad choreas ⁊ vana ſpectacula
ꝑgere nō videt infamia. Sed
viſitare ſacra dei tēpla ⁊ audi
re diuina dedecus apparet ⁊ ig
nominia. Confeſſiōes vel ob
mittunt vel fiūt apparenter cū
cōmenti lupina. quoniā cum ꝑ
poſitio aliena detinēdi ⁊ rapiē
di ⁊ peccata p̄terita ꝑſequēdi.
¶ Decime aūt in pleriſq3 locis
n cognoſcunt vel ſoluūt; alijs
cū luore mēt; ⁊ āguſtia cordis
Excoicatiōes ⁊ eccl'ie cēſure

hn̄t in deriſū. ⁊ multi ſic excoi
cati eccleſie claues ꝯtemnunt.
¶ De clericis nō fallentib⁹ ho
ras taceo: deus iudicet illos.
¶ Religioſi ꝓ multi ſūt noīe
⁊ pauciſſimi re. q̄m etiaꝫ pleri
q̄ꝫ ex illis q̄ vident auſteram ⁊
ſanctā ducere vitā. nullaꝫ hn̄t
reuerentiaꝫ ad clericos ſecula
res ⁊ quaſi ꝑ nihilo ducūt q̄c
q̄d ab eccleſia ꝯſtitutū eſt ꝑ cō
ſeruatione graduū ⁊ officioꝝ
dū ꝯfeſſiōes audiūt. detrahūt
parrochianis p̄ſbyteris ⁊ ordi
nariis locoꝝ. De decimis ipi
ſciūt quā ꝯfitentib⁹ ꝯſcientiā
faciūt. Jngerūt ſe quantū p̄nt
p̄ſumptuoſe ad curā aiaꝝ ſub
ſpecie caritat; ⁊ zeli. O ꝯfuſio
maxima xp̄iane religiōis nolle
obedire traditiōib⁹ ſciſſime ec
cleſie dei. De m̄rimoniis ide
bite ꝯtractiſ. tū ꝑpter īpedimē
ta. tū ꝑpter deceptiōes ⁊ frau
des clādeſtinas longum eſſet
ſingula enarrare. Nō ſic o xp̄ia
ni redēpti p̄cioſo ſanguine xp̄i
nō ſic. que dixerint. ſ. patres ſci
⁊ eccleſie rectores facite ⁊ ſuate
Ut ſic mereamur fieri ꝑticipes
diuine grē. quā largiat nobis
ieſus xp̄s filius dei. qui ſit bn̄
dictus cū patre ⁊ ſpūſcō per i
finita ſecula ſeculoꝝ amen.
¶ Feria q̄rta tertie hebdomad
de ſupbia tranſgreſſoꝝ legis ci
uilis. Sermo. xviij.

Filius homi/
nis nõ venit miſtra
ri ſed miniſtrare. ꝟ/
ba ſunt redẽptoꝛis
noſtri oꝛiginaliter Matth. xx
c. ⁊ in euãgelio hodierno. Ne
quis hoꝛreret humilitatꝫ regu
lã. Uoluit ſaluatoꝛ noſter Je
ſus xp̃s ſuo exẽplo cũctis oſten
dere. q̃m hoĩes vt Lactantiuſ
refert magis volũt exempla q̃ꝫ
ꝟba. quia loqui facile ẽ. p̄ſtare
difficile. Ut igit̄ ſcribit̄ actuuꝫ
p̄mo. ca. Cepit ihesus facere ⁊
docere. fecit aũt multa. ſed in/
ter illa. vnũ illud nobis ſe of/
fert ꝯſiderandũ: cũ ipſe nõ eſſꝫ
ſubditus legi; voluit ea q̄ erãt
legis implere. vnde ⁊ circunci
ſus eſt ĩ tẽplo octaua die poſt
natiuitatẽ oblatus. Cũ ꝟo h̄
ex humilitate fecerit vt nobis
p̄beret exemplũ. ſatis ẽ execrã
da ſupbia illoꝝ qui in ſua vo
lũtate ⁊ nõ legib9 volũt oĩa fa
ere. ꝯ quos ⁊ ſi dixerim9 in ſer
mone p̄cedẽti adhuc remanet
aliquid enarrandũ ꝯ eos q̇ le/
gem humanã ⁊ ciuilẽ abijciũt
Jdcirco in p̃nti ſermone de ſu
perbia tranſgreſſoꝝ legis ciui
lis erimus tractaturi. Propo
nemus aũt d̾ ipſa lege tria my
ſteria contemplanda.

¶ Primũ dicit̄ diffinitionis.
¶ Scõm obligationis.
¶ Tertiũ abꝛogationis.

¶ Quid eſt lex. ⁊ de actibus le
giſ atq̃ꝫ de illlius neceſſitate

Capitulũ primũ

Primũ myſteriũ d̾ꝛ dif
finitiõis. in quo videre
debemus tria.

¶ Primo legis quidditatem
¶ Scdo legis actualitatem
¶ Tercio legis neceſſitatẽ.

¶ Primo videamus quid ſit
lex in cõi. Et ad hoc dicit bea
tus Tho. .i. ij. q. lxxxx. Lex eſt
oꝛdinatio rõnis ad bonũ com
mune ab eo qui curã hꝫ cõmu
nitatis ꝓmulgata. vbi ponun
tur quattuoꝛ conditiones le/
gis.

¶ Prima eſt rõnis practice oꝛ
dinatio.

¶ Secunda boni cõmunis p̄/
curatio.

¶ Tertia populi vel pꝛincipiſ
conſtitutio.

¶ Quarta legis ꝓmulgatio

¶ Prima ꝯditio legis eſt rõne
practice oꝛdinatio. Oꝛdinat
eñ rõnem practicã ad actiões
dicit nãq̃ꝫ Jſidoꝛus ꝙ lex dici
tur a legẽdo. qꝛ ſcripta eſt. vel
d̾ꝛ a ligãdo qꝛ ligat. i. obligat
p̄ceptiſ affirmatiuiſ ad agẽdũ
negatiuis ad cauendũ. Ul' d̾ꝛ
lex ab eligendo. ſm aug. qꝛ de
bet q̇libet eligere viuere ſm le
gem. Jſti aũt actus. ſ. eligere
legere ⁊ ligare. ſunt act9 ratio/
nis. ¶ Notandũ tamẽ vt dicit

Tho.i.ij.q.xcvi.arti.ij.ꝙ oīs
lex humanitus poſita intantū
habet de legis rōne inquantū
a lege nature deriuatᷣ ex eo ra/
tionis prima regula eſt lex na/
ture ¶ Et lꝫ iuriſperitus dicat
ff. de legib⁹. Nā ⁊ ea ꝙ de om/
nibus que a maiorib⁹ tradita
ſunt ratio reddi non poteſt. ħ
dr̄ non. quia leges omnes nō
ꝓcedant a rōne ſi iuſte ſunt. ſꝫ
quia nimis eſſet difficile ⁊ ꝓli/
xum. Sed vt dicit phus. vi.
ethicoꝝ. In talib⁹ oportet at/
tendere expertoꝝ vel ſenioꝝ vł
prudentū in demonſtrabilib⁹
enūciationib⁹ ⁊ opinionib⁹ nō
minus qꝫ demonſtrationibuſ
2 ¶ Secūda ꝯditio legis ē boni
cōmunis ꝓcuratio. Vn̄ Iſi/
dorus. di. iiij. ca. Erit aūt lex
ait. Lex nullo priuato como/
do. ſed ꝓ cōmuni vtilitate ci/
uiū debet eſſe conſcripta. Rō.
quia cū oīs pars ordinetur ad
totū ſicut imperfectū ad ꝑfe
ctum. Vnus autē homo ſit ꝑ
ſona cōmunitatis perfecte. ne
ceſſe ē ꝙ lex reſpiciat ꝓprie ordi
nem ad cōmunem felicitatem
Quodcūqꝫ aūt p̄ceptum fiat
ad aliquem ꝺ de aliquo ꝑticula
ri opere. intantū habet rōnem
legis īquātū ordinatᷣ ad bonū
3 cōmune. ¶ Tertia conditio le
gis eſt populi vel pricipis cō
ſtitutio. vnde dicit Iſido. lib.
vi. ethimolo. ꝙ lex eſt conſtitu
tio populi qua maiores natu
ſimul cū plebib⁹ aliquid ſan/
xerunt. di. ij. decretoꝝ. Rō ſm̄
Tho. eſt. quia lex vt dictū eſt
ꝓprie ⁊ p̄ncipaliter ordinatur
ad bonū cōmune. Ordinare
aūt aliquid ad bonū cōmune
eſt p̄ncipis vel totius multitu
dinis. Nā intētio legiſlatoris
ē vt hoīes ad virtutes indu
cat ⁊ a vicijs retrahat. Sed ꝑ
ſona p̄uata poteſt quidē indu
cere monitione aut ſuaſiōe be
ne diſpoſitos. Sed efficaciter
inducere. ſ. per vim coactiuā
metu penaꝝ ꝓ ꝓteruos ⁊ male
diſpoſitos non pōt niſi ꝑſona
publica ad quē pertinet penaſ
infligere. ¶ Quarta ꝯditio le
gis eſt ꝓmulgatio. Vt eni͂ di
cit Gra. di. iiij. Leges inſtituū
tur cū ꝓmulgantᷣ. Rō eſt. quia
ad hoc ꝙ lex obliget oportet ꝙ
ꝙ in noticiā deducatᷣ alioꝝ. ħ
aūt fit per ꝓmulgationem. Et
lex quidē naturalis ꝓmulgata
eſt a deo ſm̄ ꝙ deus eam men
tibus hominū inſeruit natura
liter cognoſcendā. Lex autē
exterior humana ꝓmulgatur
quo ad p̄ſens ṽbo ſed in futu
rum ſcripto. vn̄ legis ꝓmulga
tio que fit verbo in futuꝝ exten
ditᷣ per ſcripture firmitatē que
quodāmō legē ſemꝑ ꝓmulget
Illi aūt corā quib⁹ lex nō ꝓ

mulgat᷑. obligant᷑ ad legē ſeruā
dam inquantū ad eoꝝ noticiā
deuenit vel deuenire potuit ꝑ
alios ꝓmulgatiōe facta. Glo.
ꝓ in. ca. cognoſcētes. extra de
ꝯſtitu. inq̄t. ex q̄ publice pro
mulgata ē ꝯſtitutio oēs tenent᷑
ad ipſius obſeruantiā ⁊ oēs li
gat poſt duos menſes a pub/
licationis tp̄e elapſos. In au/
tentico Vt facte noue ꝯſtituti
ones. circa p̄n. colla. v. Nec ē
neceſſe vt ſinglo᷑ꝝ auribꝫ iculcet᷑
xvi. di. c. dicit;. niſi q̄s ꝓbaret
tūc extra ꝓuīciā fuiſſe. vel aliō
pedimentū. argu. ex p̄ſſu; extra
qui m̄rimonio accu. p̄nt. cap.
cū in tua. ¶ Scđo videamus
legis actualitatē ſm̄ Iſidoꝛū
di. iij. decretoꝝ. Quadruplex
eſt em̄ actus legis. Ois em̄ lex
aut ꝑmittit aliq̄d vt vir fortis
petat p̄miū. aut vetat vt ſacra
rū ꝟginū nuptias nulli liceat
appetere. aut punit vt qui cedē
fecerit capite plectat᷑. aut p̄reci
pit. vt diliges dn̄m deū tuum
Nō iſtoꝝ ſm̄ Tho. iij. q. xcij
q꞉ cū lex ſit directiua humano
rū actuū. Tres ſūt differentie
actuū humanoꝝ. Quidā eni;
ſunt act⁹ boni ex genere. vt ſūt
actus ꝟtutū: ⁊ reſpectu hoꝝ;
ponit᷑ actus legiſ p̄cipe. p̄cipit
em̄ lex actus virtutū. vt dꝛ. v.
ethicoꝝ. Quidā alij act⁹ ſunt
mali ex genere. ſicut ſunt actus
viciōꝝ ⁊ reſpectu hoꝝ ponitur
actus legis ꝓhibere. Quidam
alij ſūt indifferētes ex genere ⁊
⁊ reſpectu hoꝝ dꝛ lex ꝑmittere
Hn̄t etiā differētes dici q̄ pa/
rū hn̄t boni vel mali. vt pecca
ta venialia. Opoꝛtet aūt ꝙ ali
quid ſit ꝑ quod īducat lex ſub
ditas vt ei obediant. Hoc au
tem eſt timoꝛ pene. Et reſpec/
tu hui⁹ dicit᷑ actus legis puni
tio. Nō aūt ponit᷑ conſiliū act⁹
legis. q꞉ conſulere etiā ſpectat
ad pꝛiuatā perſonā cuius non
eſt condere legē. Quilibet eni;
pōt alteri conſulere. Similit᷑
p̄miare non ponit᷑ actus legis
ſicut punire. q꞉ p̄miare pōt q̄li
bet. ſed punire nō pōt niſi per/
ſona publica ⁊ qui eſt miniſter
legis cuius auctoꝛitate pena ī
fertur. ¶ Tertio videre debe/
mus legis neceſſitatē. fuerunt
q̄ppe nō ſupflue ſed neceſſarie.
vt inq̄t Tho. i. ij. q. xcv. leges
hūane ad retrahendū hoīeſ a
vicijs ⁊ inducendum ad virtu
tes. Nam homini ineſt natura
liter quidam appetitus ad vir
tutē. Sed ipſa ꝟtutis ꝑfectio
neceſſe ē ꝙ adueniat homini ꝑ
aliquā diſciplinam. ſicut vide
mus ꝙ ꝑ aliquā induſtriā ſub
uenitur homini in ſuis neceſſi
tatibus. puta in cibo ⁊ veſtitu
quoꝝ initia quedā ſūt a natu
ra. ſ. a rōe ⁊ mān. nō aūt ē a na

ſmo xviij

ṙura ꝯplementū ipſum. ¶ Ad
hāc aūt diſciplinā nō de facili ſi
bi homo ſufficiēs ē. qꝛ perfectio
virtutis ꝯſiſtit precipue in re/
trahendo ſe ab inordinatis de
delectatiōib⁹ ⁊ indebitis ad q̄s
hoīes ſunt proni ⁊ maxīe iuue
nes q̇b⁹ magis ē efficax ⁊ neceſ
ſaria diſciplina. Et iō oportet ꝙ
hmōi diſciplina ꝑ quā ad ꝟtu
tē ꝑuenit͛ ab alio ſortiat͛. Et ꝗꝫ
tū quidē ad illos iuuenes qui
ſunt proni ad virtutis actus vl'
ex diſpoſitōe nature vel ex ꝯſue
tudine vel magis ex diuio mu
nere ſufficit diſciplina pat͛na q̄
eſt ꝑ admonitōes. Sed qꝛ iue
niūtur ꝓterui ⁊ ad vicia proni
q̇ de facili verbis moneri ñ pñt
neceſſariū fuit vt ꝑ vim ⁊ metū 1
cohiberētur a malo vt ſaltē ſic
a malis deſiſtētes ⁊ alijs q̇etā
vitā redderēt. ⁊ ipē tādē ꝑ hu/
iuſmōi aſſuetudinē ad virtutē
ꝑducerētur. ⁊ voluntarie facerēt 2
q̄ metu pri⁹ implebāt. ⁊ ſic effi/
cerētur virtuoſi. Hmōi aūt di
ſciplina cogēs ē diſciplina legū.
vñ neceſſariū fuit ad pacē ho/
minis ⁊ virtutā acq̇rebā. vt le
ges humane ꝯſtituerētur. Hic
Iſidorus di. iiij. c. facte ſunt ait 3
Facte ſunt aūt leges vt earum
metu humana coerceat͛ auda/
cia tutaꝗꝫ ſit inter improbos i/
nocētia. ⁊ in ipis improbis for
midatio ſupplicio refrenet͛ auda
cia ⁊ nocēdi facultas. ⁊ in ꝓlo/
go decretaliū ideo lex ꝓditur vt
appetitus noxi⁹ ſub iuris regu
la limitet͛ ꝑ quā gen⁹ hūanum
vt hōeſte viuat alterū nō ledat
ius ſuū vnicuiqꝫ tribuat infor/
mat͛. ¶ Et ſi obijceret͛ ꝙ melior
ē iuſticia ⁊ lex aīata ꝗꝫ inaīata
Sed iudex eſt iuſticia animata
Dicit enim Ariſto. v. ethicorū
ꝙ ad iudicē ꝯfugiūt homīes ſi
cut ad iuſticiā aīatam lex autē
eſt quaſi iuſticia inaniata. ergo
videt͛ ꝙ meli⁹ fuiſſꝫ vt executō
iuſticie cōmitteret͛ arbitrio iudi
cū ꝗꝫ qꝺ lex aliqua cōderet͛ Rñ
det tho. vbi ſupra. ꝙ ſ͛m ariſto.
in. i. rethoricoꝝ. meli⁹ eſt oīa or
dinari lege ꝗꝫ dimitti arbitrio
iudicū ⁊ hoc propter tria. ¶ Pri
mo. qꝛ facilius eſt reperire pau
cos ſapiētes qui ſufficiāt ad re
ctas leges ꝯdēdas ꝗꝫ multos
q̇ requirerētur ad recte iudican
dū de ſingulis. ¶ Scđo qꝛ illi
qui leges ponunt multo tpe cō
ſiderāt q̇d lege ferendū ſit. ſꝫ iu
dicia de ſingularib⁹ factis ſunt
ex caſib⁹ ſubito ortis. facili⁹ au
tē e⁹ multis ꝯſideratis pōt hō
videre q̇d rectū ſit ꝗꝫ ex vno ſo
lo facto. ¶ Tertio qꝛ legiſlato/
res iudicāt in vniuerſali ⁊ ď fu
turis. ſed hoīes iudicijs ꝓſiden
tes iudicāt ad q̄ afficiunt͛ odio
vel amore aut cupiditate. ⁊ ſic
eoꝝ deprauatur iudicium. Pꝛ

ergo iuſticia. aīata iudicis non in multis inuenitur. ⁊ quia flexibilis ē ideo nemini fuit in quibuſcunq; ē poſſibile lege determinare q̄d iudicandū ſit ⁊ pauciſſima arbitrio hoim relinq̄re

¶ Quō ciuiles leges iuſte ſunt ſeruande ⁊ ꝙ aliquādo licet facere preter verba legis ⁊ qualiter melior ē ciuitati bonus miniſter ſine lege q̄ꝫ lex ſine miniſtro

Capitulum ſecundum:

Secundū myſteriuꝫ contēplandū de lege dicitur obligationis In quo tria ſunt dubia declaranda.

¶ Primū vtrū obligētur hoīeſ in foro ꝯſciētie ad obſeruantiaꝫ legum ſecularium.

¶ Scdm vtꝝ liceat aliq̄n ſubditis leg. p̄ter ꝟba legis agere

¶ Tertiū vtrū expediēti⁹ ſit ciuitatē regi ꝑ bonā legē ⁊ malū miniſtrū q̄ꝫ ꝑ bonū miniſtrum ſine bona lege.

¶ Ad primū dubiū rn̄det tho. i. ij. q. xcvi. arti. iiij. ꝙ ſi leges ſeculares ſunt iuſte. obſeruande ſunt ita ꝙ nō obſeruās peccat vn̄ Aug. di. ix. c. quicunq; ait: Qui legib⁹ imꝑatoꝝ que ꝑ dei volūtate feruntur obtemperare nō vlt acquirit grāde ſupplicīū que autem legibus imperatoꝝ rum que contra dei voluntateꝫ ferūtur obtemperare non vult acquirit grande premium:

Igit lex humana ſi non ē iuſta q̄uis large dicatur lex inquantum ab aliquo habente auctoritatem conſtituitur ſecunduꝫ illud Iſaie. x. capitulo. Ve qui condunt leges iniquas. non tamen proprie eſt lex. quia non ligat id eſt nō obligat ad ſui obſeruantiam. Si autem iuſta a deo inſpirāte eſt ſcdm illō proverbiorum. viij. Per me reges regnant ⁊ legum cōditores iuſta decernunt Propterea xp̄us naſcens ſeruari voluit a matre ſua legem homīs infidelis. cū ſcꝫ vt ſcribitur Luce. ij. c. Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. et ipſa iuit in bethleem ¶ Sciendū tn̄ ſcdm tho. vbi ſupra ꝙ leges humanitus poſite dicunt iuſte vel iniuſte. ſcdm quatruplicem cauſam. ſcilicet efficientem. formalem materialem. ⁊ finalē. ¶ Primo ſcdm cauſaꝫ finalem ex fine q̄n ordinantur ad bonum cōmune. Iſte auteꝫ eſt finis legis. vtilitas ꝯmuniſ boni vt dictum eſt. Econtra ē lex iniuſta cōtraria cōmuni bono. vnde quando aliquis preſidens imponit leges oneroſas ſubditis nō propter cōmunem vtilitatem. ſed propter priuatā ſuam vt propter cupiditatē vel gloriam faciens ſtatutum ꝙ q̄

facit talem defectum ſoluat tã
tum qđ nõ propter aliud facit
niſi vt inde lucretur. vel cuȝ im
ponit tallias vel gabellas vl/
tra debitum vt theſaurizet ⁊ ſi
2 milia. ¶ Scđo dicuntur leges
iuſte ex cã efficiẽte ſeu auctore
cã efficiens legis ẽ ſtatuens le/
gẽ. Si ergo nõ excedit ptãtem
ferentis. qꝛ ſcȝ eã facit ſubditis
ſuis iuſta ẽ. Iniuſta aũt ſi fert
legẽ ſuper eos in quibus nõ hȝ ptã/
tẽ. Puta ſi laycꝰ cuiuſcunq͂ di
gnitatis etiã imperialis facit le/
gẽ q̃ extẽdat etiã ad clericos vt
ꝗ hẽant rñdere in foro ſuo vł ꝗ
ſoluãt tallias ⁊ hmõi. nõ enim
3 hñt ptãtem ſuper clerꝫ. ¶ Tertio
leges dicũtur iuſte ex forma qñ
ſcȝ ſcđm equalitatẽ proportio/
nis imponũtur onera ſubditis
in ordine ad bonũ cõe. Cũ eni
vnꝰ hõ ſit pars multitudinis
quilibet hõ ⁊ qđ eſt ⁊ qđ hȝ ẽ mł
titudinis. Sicut quelibȝ pars
qđ ẽ totiꝰ. vñ natura aliqñ ali/
qđ detrimentũ infert parti vt ſal/
uet totũ. Et ſcđm h leges ꝓpor
tionabilr onera imponẽtes ſũt
iuſte ⁊ obligãt i foro ꝯſcie. vn/
de ex cã rõnabili rectores ciui/
tatũ iponũt aliquas collectas:
puta ad defendendum ſe in iu
ſto bello ⁊ ſcđm ꝓportionẽ de/
bitã. q i hoc recuſaret peccaret
Iniuſte aũt ſunt leges qñ non
equaliter onera imponunt̃ ſm

ratã vnicuiq͂ ꝯtinentẽ ⁊ ſcđm
ſubſtantiã. Sed aliꝗ nimis g̃/
uantur enormiter. Aliꝗ nimis
alleuiant̃. Et iſte ſũt violentie
magꝭ q̃ȝ leges. Iđ nõ obligãt i
foro ꝯſcie niſi forte ꝓpt vitãdũ
ſcãdalũ vł ꝑ t̃bationẽ ꝓpt quã
hõ etiã qñq͂ dȝ cedere iuri ſuo.
4 ¶ Quarto leges ſũt iniuſte ex
materia qñ ſunt de rebꝫ illicitꝭ
ꝯ ius diuinũ vel naturale. vtꝗ
adorẽt idola ſicut fecit nabu/
chodonoſor legẽ ꝗ oẽs adora/
rẽt ſtatuã. Daniel. iij. c. Et ta/
les leges nõ ſunt obſeruãde. qꝛ
vt ſcribit̃ Actuũ. v. c. Obedi/
re oportet deo magꝭ q̃ȝ hoibꝫ. Ad
idẽ facit. c. Julianꝰ. xi. q. iij. Et
nota ꝗ ꝯdẽtes leges iniq̃s. pu/
ra ad imponendũ collactes in
debitas ⁊ g̃uamia tenent̃ ad re
ſtitutionẽ ipi ⁊ heredes eoꝝ oiȝ
dãnoꝝ q̃ accaſiõe dictaꝝ leguȝ
aliq paſſi ſunt. ⁊ illi q induxerẽt
ꝯditorẽ ad talẽ legẽ faciendã q
libet in ſolidũ. vt g̃ iã ꝑdictuȝ
ẽ iuſte leges ꝑuãde ſũt nõ contẽ
nẽde. ¶ Hic Gelaſius pa. di. x.
ait. Quis aut leges principuȝ
aut patrũ reglas aut monitio
nes prñas dicat dẽre ꝯtẽni ni/
ſi q impunitũ ſibi extimet tran
2 ſire ꝯmiſſum. ¶ Scđm dubiũ
fuit vtrũ liceat aliqñ ſubditꝭ le
gis ꝑter ꝟba legis agere. ¶ Ad
h dt tho. i. ij. q. xcvi. ar. vi. ꝗ cũ
ois lex ordinet̃ ad bonũ ꝯmũe

in tm̄ hꝫ vim ⁊ rōem legis inq̄ꝫ
tū aſpicit id cōe bonū. Scd̄m
vero ꝙ ab h̄ deficit nō hꝫ ꝟtutē
obligādi vn̄ iuris perit⁹ dic̄ ꝙ
nulla iuris rō aut equitatis pa
tiť benignitas vt q̄ ſalubriter
ꝓ vtilitate hoīm introducūtur
ea nos durioꝛi interp̄tatōe ꝯtra
ipoꝝ ꝯmodū ꝑducam⁹ ad ſeue
ritatē. ¶ Et Bern̄. li. de p̄cepto
⁊ deſpēſatōe ait. Iniquū ꝓcul/
dubio foret ſi ea q̄ ſūt ꝓ ſola ca/
ritate inſtituta ꝯtra caritatē te
nerētur. Cōtingit aūt qd̄ ali/
quid obſeruari cōi ſaluti ē vtile
vt in plibꝫ qd̄ tm̄ in aliq̄bꝫ caſi
bꝫ ē nocumentū maxim. qꝛ igiť
legiſlatoꝛ nō pōt oēs caſus ſin
gulares ītueri ꝓponit legē ſcd̄ꝫ
ea q̄ vt in pluribꝫ accidūt ferēs
intentionē ſuā ad cōem vtilita
tē. vn̄ ſi emergat caſus ī quo ta
lis obſeruatio legis ſit dānoſa.
nō ſalutifera talis lex nō ēſt ſer
uāda. Sicut ſi in ciuitate obſeſ
ſa ſtatuať lex ꝙ poꝛte ſtēt clau/
ſe hoc ē vtile cōi ſaluti. vt ī plu
ribꝫ. Si aūt contingit caſus ꝙ
hoſtes inſequātur aliq̄s ciues
ꝑ quos ciuitas ꝯſeruať. dānoſ
ſiſſimū eſſet ciuitati ſi poꝛte ei⁹
nō aperiunť. ⁊ iō in tali caſu ꝓ
te eēnt eis apiende contra ꝟba
legis vt ſeruareť vtilitas cōis
quā intēdit legiſlatoꝛ. ¶ Pro/
pterea diciť in glo. in ꝓlogo de/
cretaliū. Nouis moꝛbis noua
ꝯuenit antidota p̄parari. extra
de iuramēto calūnie. c. Cetez
¶ Et varia experimenta moꝛ/
boꝛum varia nos cogunt reme
dia inuenire. l. diſt. capitulo vt
conſtitueretur. ¶ Et quod me/
dicamenta moꝛbis exhibēt hoc
iura negocijs. Et iterum gloſa
in pꝛologo. ¶ Que de nouo e/
mergunt auxilio nouo indigēt
ff. de interrogatoꝛijs actionibꝫ.
l. de etate. §. ex cauſa. extra d̄ of
ficio iudicis delegati. capitl̄o in
ſinuante. ¶ Sed tamen conſi/
derandum eſt ꝙ ſi obſeruatio
legis ſecundum verba non ha/
bet ſubitum periculum q̇ opoꝛ
teat ſtatim occurrere non perti
net ad quemlibet interpꝛetari
quid ſit vtile. ſed hoc ſolum ꝑ/
tinet ad pꝛincipes qui pꝛopter
huiuſmodi caſus habēt aucto
ritatem in legibus diſpenſan/
di. Si vero ſit ſubitum pericu
lum non patiens tantam mo/
ram vt ad ſuperioꝛem poſſit re
curſus haberi ipſa neceſſitas
diſpenſationem habet annexā.
Nec obſtat ꝙ Auguſtin⁹ dicit
diſtinctione. iiij. capitulo ī iſtis
ꝙ non licet alicui iudicare de le
ge. ſed ſi quis pꝛetermittat ꝟba
legis dicens ſe intentionē leg̃
ſeruare videtur ꝙ iudicet de le
ge. ¶ Ad hoc dicit Thomas

Jlle q̄ in caſu neceſſitatis agit
p̄ter verba legis nō iudicat ꝺ
lege ſed de caſu ſingulari in q̄
videt verba legis nō eē ſeruan
da. Vñ ꝺꝛ extra de reſcrip.i.c
cāni. Verba in reſcriptis vel
legibꝫ poſita debemꝰ ꝯforma-
re equitati etiā ſi verba non pa
terent. ¶ Itē ſi arguat ꝙ eius ē
interp̄tari legē cuiꝰ ē ꝯdere. vt
ꝺꝛ.xi.q.i.c.ſicut eñ.§. Ex his
oībꝫ.ſe q̄ ſubditoꝝ legis nō eſt
ꝯdere legē.nec ḡ eoꝝ eſt interp̄
tari intentionē legiſlatoris ſed
ſm verba agere. Rñdet tho.
ꝙ ille qui ſequit intētionē legiſ
latoris nō iterp̄tat legē ſimplr
ſed in caſu in q̄ manifeſtū eſt p
euidētiā nocumēti legiſlatorē
aliud intēdiſſe. Si eñ dubiū
ſit dꝫ vel ſm verba legis age
re. vel ſupiores ꝯſulere. Confir
mat hoc oia ſ̄dicta p illud quod
ſcribit.xxii.q.c.hūane. qd̄ ver
ba debēt ſeruire intētioni nō in
tētio verbis. Vñ Hilarius ex
tra de verbo.ſig.c. Intelligen
tia ait. Intelligētia verboꝝ ex
cauſis eſt aſſumēda.qꝛ non ſer
moni res:ſed rei ſermo debꝫ eē
ſubiectꝰ. Ibi dicit glo. verba
nō ſūt intelligēda ſtatim vt ſo
nare vident maxie vbi ābigua
ſed ꝯſiderāda ē intētio loqnt.
ff.de verbo.ſig.l. Nepos pcu
in.ff.de regul.iu.l. Semper i
ſtipulationibꝫ.xxxi.q.i.in cap.
Quō virginibꝫ.ꝛ glo.in.c.p̄-
terea.extra de ꝟbo.ſig. inquit
Pctōꝛ ē mens dicētis ꝙ̄ vox.
ff.ꝺ ſupellectili legata.l. labeo
Nec plus ꝟbū ꝙ̄ volūtas in-
ſpici dꝫ. C.que res pignori ob
ligari pñt.l.vlti.ſequit tho.qd̄
ꝙ̄uis ſapiētes nouerint intētio
nē ſuā ꝟbis explicare ꝛ ꝯdito-
res legū fuerint ſapientes.tamē
nullus ita ſapiēs vt poſſit oēs
caſus excogitare. vñ.ff.de ad-
mi.re.ad ciui.pertinen.l.ij.§.ſi
eo tpe.ꝺꝛ. Fortuitos caſu nul
lū hominū ꝯſiliū p̄uidere pōt
Jō ñ pōt ſufficiēt p ꝟba ſua i
lege exp̄mere ea q̄ ꝯueniūt ad
finem itentū. Et ſi poſſet legiſ-
lator oēs caſus ꝯſiderare non
oporteret ꝙ oēſ exp̄meret ꝓpter
ꝯfuſionē vitandā.ſed legē fer
re debet ſm ea que eueniāt. vt
3 in pluribꝫ. ¶ Tertiū dubium
erat vtꝝ expedientius ſit ciui-
tatē regi p bonā legē ꝛ malum
miniſteriū ꝙ̄ p bonū miniſteri
um ſine lege. Et Geral.odo.
ſup.v.ethicoꝝ dicit ꝙ p bonū
miniſteriū.qꝛ illud regimen eſt
ciuitati expediētius quod ē ad
finem ꝛ felicitatē ciuitatis effi-
catius.hoc aūt eſt regimē boni
v.ii.quare ipſum expedientius
eſt regimine bone legis. Nam
finis ꝛ felicitas ciuitatis eſt eſſe
ciues iuſtos prudētes ꝛ bonos
hoc habito cetera neceſſaria ci

uixati faciliter habentur. Sed
q ad hoc ſit efficatius regimē
boni viri apparet ex tribus in
quib⁹ vir bonus excedit legem
Videlꝫ Potentia Prudētia.
Juſticia. qꝛ vir bonus ſit potē
tioꝛ pꝫ. qꝛ quatuoꝛ ſūt motiua
que ꝯtinent totā potentiā faci
endi hoīes bonos. ſ. metus a/
moꝛ exhoꝛtatio exemplū. ¶ De
metu ariſto. dicit. x. ethicoꝛuꝫ.
Multi obediūt magis neceſ
ſitati q̄ ſermoni ꝛ iacture quā
timent magis q̄ bono. ¶ De
amoꝛe etiā ſequiť ibidem q pa
terni ſermones ꝛ moꝛes mag
hn̄t de poteſtate q̄ legalia ꝛ ci
uiles moꝛes ꝑpter cognationē
ꝛ bn̄ficia. ¶ De exhoꝛtatiōe di
cit Hiero. ad Paulinuꝫ. Ha
bet neſcio q̄d latentis integre
viue vocis actus ꝛ in aures di
ſcipuli de doctoꝛis oꝛe tranſfu
ſa foꝛtius ſonat. ¶ De exemplo
dō Lactan. li. iiij. Homīes ex
empla magis volunt q̄ verba
Bonus igiť vir ꝛ bona lex pa
res ſunt in metu ꝛ timoꝛe. quia
vterq̄ hꝫ miniſteriū ꝛ gladiū.
Sed bonus vir habet amoꝛē
habet exhoꝛtationē viuā ꝛ exē
plum bonoꝝ opeꝝ. Lex autē
nō. Quod etiaꝫ bonus vir ſit
prudentioꝛ ꝓbatur. qꝛ vir pru
dens ꝛ lex bona ſm prudentiā
datā ꝯtinent noticiā ꝛ artē be
ne viuendi. tn̄ noticia boni vi
ri excedit tripliciter. ¶ Primo 1
extenſiue. quia lex nō pōt exten
di ad oēs caſus qui pn̄t eueni
re eo q ſingularia ſunt infinita
ꝛ deſcendentibus ab vniuerſa
lib⁹ ad pticularia: iubet plato
quieſcere. Nūc autē vbi lex de
ficit: recurſus eſt ad arbitrium
boni viri. ꝛ ſic arbitrium boni
viri excedit legē extenſiue. Se 2
cūdo excedit bonus vir legem
intenſiue. qꝛ ſermōes legis ſūt
vniuerſales. ſermones boni vi
ri pticulares. Et vt dicit Ari
ſto. in. ij. ethicoꝝ. ꝛ in. iij. poli.
Sermones pticulares efficaci
oꝛes ſunt in agibilibus q̄ vni
uerſales. Tertio bonus vir ex 3
cedit pfectionaliter. q̄a vir bo
nus habet quandā expientiaꝫ
ſeu expimentalē noticiā ita pfe
ctam q nulli pōt ineſſe niſi ho
mini bono. oīs aūt legalis no
ticia pōt ineſſe taꝫ bono q̄ ma
lo. Quod adhuc vir bon⁹ ſit
iuſtioꝛ ꝓbať. quia lex bona ē tā
tum p̄ceptiuus. vir bonus eſt
preceptiuus. operatiuus. ele/
ctiuus. ꝛ volitiuus. Sed vbi
ſunt iſti viri boni vbi qui recte
viuant. qn̄ etiā poſt tot ſacras
leges diuinas ꝛ humanas ca
nonicas ꝛ ciuiles: legum mini
ſtri deterioꝛes alijs experiētia
teſte videntur. Quos non ab
re alta voce cantare poſſum⁹
dicentes illud quod ſcribitur

Bmus xviij

Sapien. i. ca. Diligite iuſticiam qui iudicatis terram. Si hanc iuſticiam maiores minoribus exhiberent vtiqꝫ reliqua omnia in ciuili vita bene recte qꝫ fierent.

¶ Quod multe ſunt leges ciuiles reprobate ꝛ alie auctenticate quedam vero abrogate: que non dedignantur ſacros canones imitari.

Capitulum tertium.

Tertium myſterium contemplandū dicitur abrogatio. In ſecularibus quidē legibus multa diuerſitas inuenitur ¶ Nā quedā ſunt reprobate quedam auctenticate. quedā abrogate. ¶ Prime ſunt leges quecūqꝫ iniuſte de quibus diximus. Et in ſpeciali omēs ille que militāt contra eccleſiaſticā 2 libertatē. Ex quo facta eſt illa cōſtitutio honorij tertij. extra de ſen. ex. c. Nouerit. In qua dicit Excōicamus oēs q̄ de cetero ſeruari fecerint ſtatuta edita et ↄſuetudines vel poti⁹ abuſiōes introductas cōtra eccleſiaſticā libertatē niſi ea de capitularib⁹ ſuis infra duos mēſes poſt huius publicationem ſnie fecerint 3 amonere. excōicam⁹ ſtatutarios ꝛ ſcriptores ſtatutoꝝ ipſorū necnō ꝛ ptātes ꝛ ↄſules rectores ꝛ ↄſiliarios locoꝝ vbi de cetero hmōi ſtatuta ꝛ ↄſuetudines edite fuerit ꝛ obſeruate nec nō ꝛ illos q̄ ſm ea p̄ſumpſerint iudicare vel in publicā formaꝫ ſcribere iudicata. hec ibi Inno. ꝛ hoſtien. dicunt ꝙ libertas ↄſiſtit in priuilegijs ↄceſſis ſuper ſpūalib⁹ vel. ꝑalib⁹ gnāliter vel ſingulariter ſiue a deo. ſiue a papa ſiue ab alijs principibus A deo ↄceſſa ſunt multa. vt illud Q̄d̄cunqꝫ ligaueris ꝛc. ꝛ hoc quantū ad ꝑſonaꝫ pape extēdit ad interp̄tationē oiū diuioꝝ. extra q̄ fi. ſūt le. c. ꝑuenerabilē. A papa priuilegia ↄceſſa ſūt vt q̄ inicit manū violentā i clericū ſit excōicat⁹. Itē ꝙ in legatis ad piaſ cās ſufficiāt duo teſtes. ꝛ mlta alio priuilegia q̄ habētur in iure canonico. Iteꝫ ab impatorib⁹ mlta ↄceſſa ſūt vt de imuni. ec. ꝛ hmōi ¶ Quedā leges ſclares ſunt autēticate. vt ille q̄ honeſtatē ſapiunt et morib⁹ bonis ac religioni ↄcordāt. vñ extra de cleri. excōi. ca. Sup ſpecula dicit Sctā eccia legū ſecularium nō reſpuit famlatū q̄ eq̄tatis et iuſticie veſtigia imitātur. Idem extra de noui opis nūciatōe. c. i. ꝛ di. x. c. Lege. c. Si adiutoriuꝫ. ¶ Tertio q̄dā leges ſunt abrogate eo ꝙ licet ꝑmittātur a iure ciuili. tamē prohibet a iure canonico ¶ Et in tali caſu leges non dedignā

tur ſacros canones imitari. ex/
tra de iudicijs. c. clerici. extra ꝺ
iuramẽto calũnie. c. i. Extra de
noui operis nunciatõe. ca. In/
tellexim⁹. ¶ Et in auctentico vt
clerici apud ꝓprios epõs. §. pe.
collatõe. vi. Et lꝫ plures ſũt ca
ſus ciuilis legis q̇ ꝓhibenꝶ in
iure canonico nos tñ aliq̊s col
ligem⁹ ex illis. ¶ Prim⁹ caſus
eſt in matrimonijs. nã ſcõm le
ges ciuiles fili⁹ germani vnius
põt copulare matrimoniũ cuꝫ
filia alteri⁹ germani. vt inſtitu
ta de raptoribꝫ. §. Inter eas. et
C. de nup. l. nemi. Sed ſcõm
ecciam tales debẽt ſeparari. Ex/
tra de ꝯſanguinitate ⁊ affinita
te. c. Non debẽt. ¶ Scõs caſus
eſt de puella rapta q̃ ſcõꝫ leges
non poteſt ꝯtrahere mr̃imoniũ
cũ raptore ſuo. C. de raptu vir
ginũ. l. Unica. ⁊. xxxvi. q. ij. c.
de puellis. c. Si aũt. c. Placuit
Sꝫ ſcõm legẽ canonicã poteſt
extra de raptoribꝫ. ca. Cum cã
vbi etiã dicit glo. Qualitercũ/
qꝫ aliq̃ ſit rapta poteſt ꝯtrahere
cũ raptore dũmodo prior diſſẽ
ſio tranſeat poſtmodũ in ꝯſen/
ſum. xxxvi. q. ij. c. Tua. ¶ Ter
tius caſus eſt quia ſcõm leges
ciuiles licitum eſt homini ſo/
luto tenere mulierem ſolutam
in concubinam. vt in autenti.
Quibꝫ modis filij naturalis
efficiuntur legitimi. §. Si q̊s
Sed ſecundum eccleſiã etiam
ſimplex fornicatio eſt peccatuꝫ
mortale ⁊ excludit a regno dei
ſcõm aplm̃ Pe. corinthi. vi. ca.
¶ Quartus caſus eſt ſecundũ
leges ciuiles licitum eſt viro oc
cidere adulterum deprehẽſum
in adulterio cum vxore ſi ẽ per/
ſona vilis ⁊ cui non debet reue
rentiam. ff. de adul. l. marito. et
l. ſi adulterium. ⁊. C. de adulte
ris. l. Graccus. Inſuper licꝫ pa
tri qui habet filiam in poteſta
te occidere adulterium filie in
domo ſua fornicantem ⁊ occi/
dere filiam. ff. de adulterijs. l.
Pateri ⁊. l. non in ea. Sed ſm
deum ⁊ eccleſiam nihil horuꝫ
licet. ¶ Quintus caſus ẽ. quia
ſecundũ leges ciuiles dãnatur
qui deprehenſam in adulterio
tenet vxorem. C. de adulterijs
l. crimen. ⁊. l. Caſtitati. Sed
ſecunduꝫ iura canonica poteſt
retinere ſine vlla pena. dummo
do ipſa parata ſit ſe emendare.
xxxi. queſtione prima. §. obau/
ditur. ¶ Sextus caſus ſecun
duꝫ leges mulier que mortuo
marito nubit infra tempus lu
ctus id eſt vnius anni infamis
fit ⁊ incurrit multas penas. C.
de ſecundis nuptijs. l. prima ⁊
ſecũda. Sed hoc non teneꝶ ab
eccleſia. extra de ſcõis nup. ca. i

7 ¶ Septimus caſus eſt ſcd̃m le
ges. Illud qd̃ relinquitur ĩ te/
ſtamẽto niſi habeat q̃nqꝫ vel ſe
ptẽ teſtes nõ valet. C. de teſta.
l. ſi vnus. l. ac ꝯſultiſſima inſti
tuta de teſta. §. fi. Sed eccia h̃
nõ tenet in relictis ad pias cãs
vbi ſufficiunt tres aut duo te/
ſtes. extra de teſta. c. Cũ eſſes. ⁊
8 c. relatũ. ¶ Octau⁹ caſus ẽ ſm̃
leges maleficia cogitatõis regu
lariter nõ puniũtur. ff. de penis
l. cogitatõis. Sꝫ tñ oĩs cogita
tio mala a deo punit̃. de pe. diſ.
i. c. Omnis. ¶ Nonus caſus
9 ſcd̃m leges ciuiles licet magi
⁊ malefici puniantur tñ q̇ hoc
faciũt ꝯ̃ vẽtos imbres ⁊ gran/
dines preueniatur. C. de male
ficis. l. eoꝝ. Sed ſcd̃m deuꝫ et
ecciam talia facere grauiſſimuꝫ
10 pctm̃ eſt. ¶ Decim⁹ caſus ꝙ
filius ſpuri⁹ ex dãnato coitu oĩ
bñficio excludit̃. C: de natura:
lib⁹ liberis. l. Licet aũt. Sed ſe
cundũ ecciam intereſt epĩ face/
re ꝙ vterqꝫ parentũ talib⁹ libe
ris neceſſaria ſubminiſtret ſm̃
qd̃ facultates ſuppetũt. extra d̃
eo qui duxit in matrimonium
quã polluit ꝑ adulteriũ. §. cum
haberet. Sunt ⁊ aliȷ̃ caſus q̃s
repetere nimis foret prolixum.
in quib⁹ leges ſeculares nõ ſũt
ſeruande. tñ in aliȷ̃s vt ſepe di/
ximus licitis ⁊ honeſtis colẽde
ſunt ⁊ nõ ſuperba mẽte parui/
pendende. Demus igit̃ operaꝫ
omnẽ elationẽ expellere a cordi
bus noſtris ⁊ ſcd̃ꝫ leges ſacras
viuẽtes dignos reddam⁹ nos
gratia xp̄i Amen.

¶ Feria quinta tertie ebdõade
De ſuperbia hereticoꝝ
Sermo decimuſnon⁹

Ortuus ẽ di
ues ⁊ ſepultus eſt
in inferno. ꝟba ſũt
redẽptoris nr̃i Lu
ce. xvi. c. ⁊ in euan
gelio hodierno. Audientes ple
riqꝫ lectione ſancti euãgeliȷ̃ ho/
diernã in qua hiſtoria ⁊ res ge
ſta narratur de diuite illo q̇ dã
natus interiȷ̃t. ⁊ deſcẽdit ĩ infer
nũ. nõ ſolũ nõ expaueſcunt nec
cogitant de vita futura. Qui/
imo ficta eſſe falſaqꝫ oĩa illa et
opinãtur ⁊ dicũt. Aſcẽdit q̇p/
pe fum⁹ ſupbie in corda eoꝝ: ex
cecauitqꝫ illos vt nõ aſpiciant
veritatẽ. Spernunt ſcripturas
et moyſen ac ꝓphetas abhomi
nãtur. Hi ſi ꝑtinaciter in tali/
bus verſantur errorib⁹ ſicut he
retici puniẽt̃ a iuſto iudice deo
Et qm̃ hereſis viciũ ꝑiculoſiſſi
mũ eſt ⁊ abhominabile nimis
decreui in ſermone preſenti di/
poſſet apuit ſibi p ordinē cun cta que fecerat. Quod illa au diens vehemēter ingemuit. et ad beatū baſiliū ꝑperauit. eiqꝫ oia que viro ſuo ⁊ ſibi accede rant retulit. Baſilius autē iu uenē vocans dixit. Uis fili re uerti ad dnm. Cui ait. Utiqꝫ dne. ſed non valeo qꝛ diabolo ſum ꝓfeſſus ⁊ xpm abnegaui ⁊ de hoc ſcriptū manu ꝓpria fe ci ⁊ diabolo ipꝫ dedi. Cui ba ſilius. Non ſit tibi cure. Beni gnus ē deus reuertentibuſ ad ſe. Et ꝯtinuo apphendēs pue rum ſignū crucis in eius frōte fecit ⁊ ipm p tres dies recluſit Poſtea eum viſitauit ⁊ dixit. Quō habes fili. Qui ait. In magna ſum vexatiōe. Nā cla mantes diaboli ⁊ terrētes me ſcriptū oſtendūt ⁊ dicūt. Tu veniſti ad nos: nō nos ad te ⁊ dixit ſcūs. Noli timere fili tan tūmodo crede. Et dās ei mo dicam eſcā ⁊ ſ gnās ⁊ claudēs oſtiū abijt ⁊ p eo orauit. Poſt aliqs dies iterꝫ viſitauit ⁊ ait: Quō habes fili. Qui ait. al ō ge clamores eoꝝ ⁊ minas au/ dio. ſed eos nō video ⁊ dās ei iterꝫ eſcam facienſqꝫ ſignū cru cis iterꝫ eum recluſit ⁊ p eo ora uit. ⁊ quadrageſimo die rediēſ dixit. Quō habes fili. Reſpō dit bene habeo ſcē dei. vidi te hodie in viſu pugnantē ꝓ me ⁊ diabolū vincentē. Poſt hec cū educens oēm cleꝝ ⁊ religio ſos ⁊ pplm cōuocauit. ⁊ oēs ꝓ eo orarē admonuit tenēſqꝫ ma nū iuuenis ducebat ad eccleſi am. Et ecce diabolus cū mul titudine demonū ad eū venit ⁊ viſibiliter apphendēs iuue/ nem conabatē eū trahere d ma nu baſilij. Et cepit clamare il le. Scē dei adiuua me. Et tā ta eū iprobus inſtātia aggreſ/ ſus ē vt etiā ſcm ipelleret. qui ait ad eū iprobiſſime. Nō ſuf/ ficit tibi proditio tua niſi ⁊ dei mei tētes plaſma. Diabolꝰ di xit ad eū multis audientibus Preiudicas mihi o baſili. tūc oēs exclamauerūt kyrieleiſon. Dixitqꝫ ad eū baſilius. Increpet te dñs diabole. Qui ait. Nō abij ego ad ipꝫ ſꝫ ipſe vēit ad me. Ecce ſcriptū eius i ma nu mea habeo. Et orante ba/ ſilio ⁊ tendente in celū manus Ecce charta p aerem delata ⁊ ab oibus viſa venit ⁊ ipoſita eſt in manibꝫ baſilij. Quā ille ſuſcipiēs dixit iuueni. Cogno ſcis has litteras frater. Et ille Etiā dñe. Et frangēs baſiliꝰ ſcriptū ⁊ bene inſtruens illum ⁊ regulā ſibi danſ reddidit eū vxori ſue. Ecce quāta ē boni/ tas ſūmi dei q neminem vult pire Speremus ergo in illum ⁊ nō ꝯfundemur. ſed debimꝰ

eius gratiam.quam nobis lar giatur.amen.

¶ Sabbato ante dñicã d paſſione.de iuſticia ↄtra negligentiam miniſtroꝝ eius.

Sermo.xxxv.

Udiciũ meũ veꝝ eſt. Uerba ſũt redemptoris noſtri originaliter Jo.viij c.ꝛ in euãgelio hodierno. Or dormit iuſticia in terra multiplicanť vbiq̄ꝫ iniquitates maloꝝ. Perpetrãt quidẽ ipſi abſq̄ꝫ timore pctã ſed fieri nõ põt abſq̄ꝫ culpa rectoꝝ reipublice. ac q̄rumcũq̄ꝫ maioꝝ iuſticie intermiſſio. Nã deũ imitari debent cuius miniſtri ſunt vt cõtra publice delinquentes duꝫ opus eſt potentie brachiũ extẽdant. Et cũ ſepe in hoc deficiant ex animi remiſſione ꝛ puſillanimitate. Jdcirco in p̄ſenti ſermone de negligẽtia miniſtroꝝ iuſticie dicemus. Pro q̄ ↄſitanda de iuſticia tria proponemus myſteria declarãda

¶ Primũ dꝛ cõmendationis.

¶ Scdm partitionis.

¶ Tertiũ contrariationis.

¶ Quid ſit iuſticia. ꝛ quomodo cõmendať in omnibus ſcripturis diuinis ꝛ humanis. et de triplici ei⁹ acceptiõe. Ca.i.

Rimũ myſteriũ declarandũ de iuſticia dꝛ cõmendatiõis.in quo p̄us videamus q̄d ſit iuſticia· deinde q̄ modo ab oĩbus cõmendatur ſcripturis. Cicero igiť in ep̄la de caſu reipub.ſic diffinit iuſticiã. Juſticia eſt ↄſtans ꝛ ꝑpetua volũtas ius ſuũ vnicuiq̄ꝫ tribuens.q̄ ꝟba ponunť inſti.de iuſti.ꝛ iure.ꝛ ff.de iuſticia ꝛ iure.l.iuſticia. Pro q̄ diffinitione pcenius ĩtelligenda. Notandũ ƒm Ricar.i.iiij.diſt. xxxiij.ꝛ Tho.ij.ij.q.lviij.ꝛ.i.ij q.cxij.q̄ iuſticia ſumiť tripliciť

¶ Primo cõmiſſiue ꝑ qualibꝫ rectitudie animi.ꝛ hoc modo quelibet ꝟtus eſt iuſticia q̄daꝫ quia quelibet virtuſ eſt aliqua animi rectitudo Et de hac dicit Anſel.in li.de ꝟitate. Juſticiau ere ctitudo volũtatis. et ſic iuſticia ẽ facere bonũ ꝛ declinare a malo ƒm Aug⁹.ꝛ de hac xp̄s dixit Matthei.vi.c. Primũ querite regnũ dei ꝛ iuſticiam eius. Hoc etiã modo iuſticia importat rectitudineꝫ ordinantẽ actũ hoĩs in cõparatione ad bonũ ꝓꝑium cũ.ſ. homo ordinať per virtutem q̄ bonũ facit habentẽ. Et hanc ariſto.v.ethicoꝝ appellat iuſticiã methaphoricã.¶ Scdo ſumiť iuſticia coiter ꝓut ĩportat rectitudinẽ ordinãtẽ actuꝫ hoĩs in cõparatione ad bonũ cõmune multitudinis.ꝛ ſic dꝛ

ſticia legalis ¶ Tertio mo/
do ſumit̃ iuſticia ꝓprie ꝓut īpoꝛ
tat rectitudinē oꝛdinātē actuꝫ
hoīs in cōparatione ad aliuꝫ
ſingularē hoīeꝫ. ⁊ ſic ē iuſticia
ꝑticularis ⁊ ē ꝟtus cardinaliſ
¶ Quomodocūq; itaq; ſuma
tur iuſticia multa laude extol/
lit̃ in ſcripturis diuinis ⁊ huma
nis. Vn̄ dauid ita ait p̄s. xxx
iij. Oculi dn̄i ſup iuſtos. ⁊ p̄s
xxxvi. Juſti aūt hereditabunt
terrā. ⁊ p̄s. xci. Juſtus vt pal/
ma floꝛebit. Et p̄s. xci. In me
moꝛia eterna erit iuſtus. ⁊ ſa/
piens puer. x. ca. Benedictio
dn̄i ſup caput iuſti. ⁊. c. xij. In
ſemita iuſticie vita. ⁊. ca. xiiij.
Juſticia eleuat gentē miſeros
facit populos pctm̄. ⁊. cap̄. xv
Qui ſequit̃ iuſticiā diligetur a
deo. ⁊. xvi. ca. Initiū vie bone
facere iuſticiā. ⁊ eccliaſtici. iiij.
ca. Pro iuſticia agonizare pro
aīa tua ⁊ vſq; ad moꝛtē certa
ꝓ iuſticia/ ⁊ deus expugnauit
ꝓ te inimicos tuos. ⁊. xx. capi.
Qui opatur iuſticiā ipſe exal/
tabit̃. Et Paulus ad epheſe/
os. vi. c. Induti loꝛica iuſticie
Et ad philip. i. c. Repleti fru
ctu iuſticie. ⁊. i. ad thimotheū
vi. c. Sectare iuſticiā. ⁊ Caſſi
odoꝛus in epiſtolis. Acqeſci/
te iuſticie qua mūdus letatur.
Anſel. in li. cur de⁹ hō. Juſti/
cia ē animi' libertas tribuens
vnicuiq; ſm ꝓpriā dignitateꝫ
maioꝛi reuerentiā. pari concoꝛ
diam. ⁊ minoꝛi diſciplinā. dō
obedientiā. ſibi ſanctimoniā.
inimico patientiā. egeno ope/
roſam miſericoꝛdiā. Et textuſ
xij. q. ij. c. cū deuotiſſimā. Sū
mū in reb⁹ bonū ē iuſticiā cole
re atq; ſua cuiq; iura ſeruare.
Et aug⁹ lib. iiij. de ciuita. dei
Amota iuſticia q̇d aliud ſunt
regna niſi latrocinia. ⁊ Ma/
cro. lib. i. de ſom. ſcipio. Sine
iuſticia nō ſolū reſpublica; ſed
nec exiguus hominū cet⁹ nec q̄
dē parua domus ꝯſtabat. Et
Cicero li. i. de offi. Juſticie ꝟ/
tutis ſplendoꝛ eſt maxim⁹ ex q̄
boni viri nominant̃. Et Sa/
luſtius in catilinario. Laboꝛe
ac iuſticia reſpublica excreſcit
Et ariſto. v. ethicoꝝ. Precla/
riſſima virtutū videt̃ eſſe iuſti
cia ⁊ neq; heſperus neq; luci/
fer itaq; admirabilis. Et i po
litice. Sicut ꝑfectū oīum ani/
maliū eſt hō. ita a lege ⁊ iuſti/
cia ſeꝑatū peſſimū omniū. Et
Sen̄. in li. de quattuoꝛ ꝟtuti/
bus Juſticia diuina lex ē ⁊ vin
culū ſocietatis humane. ⁊ Cy
ꝑanus in li. de. xij. abuſionib⁹
Juſticia ē pax populoꝝ. tuta/
men patrie. imunitas plebis.
munimentū gētis. cura lāguo
rū. gaudiū hominū. temperieſ
aeris ⁊c. ¶ Et vt ꝯcludamus

laudes iuſticie adeſt ſaluatoꝛ noſter qui Matth. v. c. dixit. Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiam qm̄ ipſi ſaturabunt. Sꝫ quidā ꝑconia iuſticie audientes arguere conant ꝓbantes ꝙ iuſticia nō poſſit eē in hoīb ſꝫ in ſolo deo. nā vt dictū ē i ꝓncipio hui capituli. Juſticia ē ꝯſtans ⁊ ꝑpetua volūtas. Sꝫ i ſolo deo ē volūtas ꝑpetua. ergo i ſolo deo erit iuſticia. ¶ Ad h̄ rn̄det Tho. ij. ij. q. lviij. ꝙ voluntas pōt dici ꝑpetua dupliciter. Uno mō ex ꝑte ipſi actus q̄ ꝑpetuo durat. ⁊ ſic ſoli dei volūtas ē perpetua. Alio mō ex ꝑte obiecti. qꝛ. ſ. aliquis vult ꝑpetuo facere aliquid ⁊ h̄ requirit ad rationē iuſticie. ſ. ꝙ hō habeat volūtatē ꝑpetuo ⁊ in oīb iuſticiā ꝯſeruandi virt ergo iuſticie excolēda ē. quia i autentico vt oēs obediant iudici ꝓuincie in ꝓncipio. collatione. v. vocat virtus ꝑfectiſſima in ſuꝑlatiuo gradu q̄ oēs excedit ⁊ nullus eum. ff. de verbo. obli. l. vbi autē. circa ꝓncipiū. Rō eſt. qꝛ cetere ꝟtutes ꝓ ſūt hn̄ti. iuſticia ꝓ omnib

¶ De innocētia. fidelitate ⁊ ſeueritate. q̄ ſunt tres partes iuſticie. Capitulū ſecundū

Ecundū myſteriū declarandū d̄ iuſticia dꝛ partitiōis. Et lꝫ a macrobio ⁊ Tullio diuerſe aſſignent partes iuſticie ac plures. nos tn̄ de trib tm̄ dicemus

¶ Prima dꝛ innocentia.

¶ Scd̄a fidelitas

¶ Tertia ſeueritas

¶ Prima ꝑs iuſticie dꝛ innocentia. de hac Lactantius li. iij. ait. Inter ſūmas hoīs ꝟtutes innocentia numeratur Et vt inquit Tullius in queſtionibus tuſculanis. Innocētia eſt affectio talis animi que nemini noceat. Et Ambroſius xxij. q. iiij. ca. innocēs ait Hoc eſt innocentez eſſe ignorare q̄d noceat. ¶ De hac adhuc dicit Seneca in libro de clem̄. Peſtifera vis eſt valere ad nocendum Ad hanc innocentiā ſpectat odio habere peccata Unde. lxxxvi. di. c. culpaꝫ. dicitur Primus gradus innocentie ē odiſſe nefanda. Ideo Dauid qui dixerat. Judica me ſ᷑m innocentiam meam. ipſe dicit. Iniquitatez odio habui ⁊ abhominatus ſum. Ad innocentiaꝫ adhuc pertinet defendere loco ⁊ tempoꝛe bonos ⁊ cohibere malos. ¶ Unde Ambroſius libꝛo. ij. d̄ officijs ait. Juſtus vt ſis non ſolum non nocebis ſed innocentē ꝓhibebis Propterea non fuit innocens pylatus. quāuis dixerit innocens ego ſum a ſanguine iuſti

huius Mathei.xxvij.c. qꝛ po
tuit iudeos cohibere a malicia
eoꝝ ꝛ nō fecit. Placet aūt deo
iſta inocētia ꝙ dicit in.pš. In⸗
nocētes ꝛ recti adheſerūt mihi
¶ Scđa pars iuſticie dicit fi⸗
delitas. De hac tulius in.i.de
offi.ait Fundamentū iuſticie ē
fides.i.ꝯuētoꝝ ꝯſtantia ꝛ veri
tas. Ideo ſap̄.puer.xxviij. ca.
ait. Uir fidelis mltū laudabit
ꝛ Tulliꝰ li.ij.de offi. Nlla res
vehemētius ꝯtinet rēpublicaꝫ
quā fides. Hec vtiqꝫ neceſſa⸗
ria ē inter viꝝ ꝛ vxorē.int mer
catores int artifices int ciues
ꝛ inter oēs. De fidelitate ꝯmē
datur a Ualerio li.vi.in rubri
ca de iuſticia. Craſſus roma⸗
nus ciuis ꝙ carbonis nomē in
feſto aio. vtpote inimiciſſimuꝫ
ſibi detulerat.ſed tn̄ ſcriniū eiꝰ
eius a ſeruo carbonis allatum
ad ſe ꝛ plura ꝯtinēs qb̄ facile
opprimi poſſet vt erat ſignatū
cū ſeruo cathenato ad eū remi
ſit. ¶ Tertia pars iuſticie dicit
ſeueritas.hec ē virtꝰ debito ſup
plicio cohercēs iniuriaꝫ. ꝛ dicit
a ſeuicia ꝛ veritate. vn̄ ſeuerus
quaſi ſeuus ꝛ verus ſcḋm Iſiđ.
Notandū tn̄ ꝙ ſeueritas aliqn̄
accipit in malā partē.ſ. ꝑ cru⸗
delitate. Et ſic accipit cū dicit
ꝙ pius claudiꝰ in ſenatu đ pir
ri captiuis ſeueriſſimam dixit
ſn̄iam.i.crudeliſſimā. vt ſcribi
tur ff.de poſtu.l.i.§ caſū. Ali
qn̄ ſeueritas accipit in bonā ꝑ⸗
tē.ſ.pro debita punitōe delicto
rū.ꝛ ſic accipitur. C.de veteri
iure enucle.l.ij §.ſeptinariꝰ Et
C.de ſepul.viol.l.ſeplcra.hec
ſeueritas requirit in his ad q̊s
ſpectat ex debito officij ꝛ ſupio
ritatis punire peccata.qm̄ pro
pter quatuor rōes peccata ſunt
puniēda. ¶ Prima rō eſt ꝓpter
bonoꝝ auxiliationē. vt ꝑ puni
tionē maloꝝ ꝓbeatur auxiliuꝫ.
bn̄ viuētib᷒. Ideo ad publicā
vtilitatē ſpectat ne crimina.rē⸗a
neant impunita. vt ponitur.ff
ad.l.acql.l.ita vlnerat.ꝛ C.đ
pēis.l.ſi opis.ꝛ.ff.đ penis capi
taliū.§. famoſos. vn̄ in ꝓlogo
decretaliū dicit. Ideo lex ꝓdit
vt appetitus noxius ſub iuris re
gula limitetur ꝑ quā genꝰ hūa
nū vt honeſte viuat alteꝝ nō le
dat ius ſuū vnicuiqꝫ tribuat re
formatur. Et di.iiij.cap̄. facte
Facte ſunt aūt leges vt eorum
metū humana cohercearur au
dacia. tutaqꝫ ſit inter iprobos
innocētia ꝛ in ipſis improbis
formidato ſupplicio refrenetur
audacia ꝛ nocēdi facultas Se
cūda ratio quare peccata ſunt
puniēda propt maloꝝ refrena⸗
tionē.ne ipſi deteriores fiāt Io
ſcribit.xxiij.q.i.c.paratꝰ. Nihil
eſt infelicius felicitate peccantiū
qua penalis nutritur impuni⸗

ras ⁊ mala volūtas velut inte
rioꝛ hoſtis roboꝛat. Tertia rō
q̄ re peccata ſunt puniēda ꝓpter
eoꝛū exemplationē. qꝛ pena vni
us eſt metus alteri⁹. vt dicitur
L. ad. l. iuliam repetundaruꝫ.
l. i. ff. de penis. l. bona fides.
¶ Quarta rō eſt propter maio
rū obligationē. qꝛ tantoꝛū ma
loꝝ rei ſunt quot pctā propter
illoꝝ negligentiā ꝯmittuntur.
Sicut patet. lxxxiij. di. c. erroꝛ.
c. ꝯſentire. c. quid enim prodeſt
lxxxiiij. di. c. puenit. lxxxvi. diſ.
c. facientis. ij. q. vij. c. negligere
xvij. q. ij. c. ſi q̄s. xxxij. q. iij. ca. q̄
pōt. extra de homici. c. ſicut di⸗
gnū. puniēdi ḡ ſunt delinquen
tes vt iuſticia locū habeat. nā
vt dicit glo. in. c. i. de offi. oꝛdi.
Preſes prouincie debet purga
re prouinciā malis hominibus.
Idē. ff. de offi. pſi. l. p̄ſes puin⸗
cie. ⁊. vi. q. iij. c. Placuit. Cō⸗
mendantur antiqui illi roma⸗
ni qui nec proprijs filijs pro iu
ſticia cōſeruāda noluerūt idul
gere. Sic de bruto recitat Au
gu. li. v. de ciui. dei. capi. xviij.
Qui filios occidit qꝛ conſpira
bāt ꝯ patriā vn̄ ⁊ poeta lauda
toꝛ ait. Natoſq̧ pater noua bel
lā mouentes ad penā pulcra p
libertate vocabat. Sed ꝓſu ſe
quēti ꝯſolatus ē infelicē. Vin
cet amoꝛ patrie laudūq̧ im mē
ſa cupido. Silr̄ narrat Aug⁹.
de mālio toꝛquato q̄ filiū occi⸗
di fecit nō qꝛ exierat ꝯ patriaꝫ
ſꝫ qꝛ ꝯ id qđ impauerat pr̄. ſcilꝫ
vt null⁹ iniret bellū cū hoſtibꝫ
ſub pena capitis abſq̧ licētia
ei⁹. Ille aūt ab vno ex hoſtibuſ
ꝓuocat⁹ iuuenili ardoꝛe ꝯgreſ
ſus ſingulare certamē illuꝫ in⸗
terfecit ⁊ ſpoliauit. At pat̄ ne
plus mali eēt i exēplo imperij
ꝯtēpti q̄ȝ boni in glīa hoſtꝫ oc⸗
ciſi filiū victoꝛē propt̄ inobedi
entiā interemi iuſſit. Sꝫ ſcien⸗
dū ſm Alexandrū de halis. in
iij. ſumme q̄ inducit Augu. ꝯ
fauſtū ꝙ ſeueritas aliqn̄ remittīt
ꝓpter multitudinē peccantium
qn̄ puniri nō pōt ſine ſcandalo
Ideo dicit Aug⁹. ꝙ aliqn̄ deli
quentiū multitudo diu p patiē
tiam ē expectāda. aliqn̄ in pau
cis ē puniēda vt eoꝝ exēplo ce
teri terreātur. Propterea dicīt
ix. q. iij. c. oꝛdinatiōes. vbi mlto
rū ſtrages iacet ſubtrahendū ē
aliq̄d ſeueritati. Ideꝫ ꝯfirmāt
l. di. c. vt ꝯſtitueret̄. Et. xi. q. iij
c. Plerūq̧. ⁊ extra de trāſac. c.
fi. ⁊. ff. de penis. l. aut facta in
glo. oꝛdinaria. Et. xxiij. q. i. ca⸗
pitulo noli. in fine.
¶ Qđ amicitia ⁊ auaricia ac p
prius amoꝛ ꝯriātur iuſticie.

Caplm̄ tertium

Ertiū myſteriū de iu⸗
ſticia declarandū ōꝛ ꝯ
riatio. Sūt eni iuſticie multa

ꝯtraria ſed p̄cipue tria.
¶ Primū amicitia
¶ Scōm auaricia
¶ Tertiū amoꝛ pꝛopꝛius
1 ¶ Primū qđ eſt ꝯtriuꝫ iuſticie
amicitia ē. Multi equidē ꝓpt̄
amicitiā reos defendūt. excu/
ſant imo q̄ſtū pn̄t exaltāt Sꝫ
hi audire debent ⁊ obſ̄uare ſen
tentiā Cyceronis q̇ li. iij đ offi
cijs ait. Neqꝫ ꝯtra rēpublicam
neqꝫ contra iuſiurandum ac fi
dē amici ſui cā vir bon⁹ faciet.
Nā ſi oīa faciēda ſunt q̄ amici
velint nō amicitie tales ſꝫ ꝯiu
ratōes putāde ſūt. hec ille. Et
de hac materia videre potes ſ̄
monē de amicitia in ope nr̄o đ
2 laudib⁹ ſctōꝝ ¶ Scōm q̄ ꝯtria
tur iuſticie ē auaricia. ⁊ de hoc
diffuſe habemus in ſ̄mone de
auaricia iudicū. ¶ Tertiuꝫ eſt
3 amoꝛ ꝓpꝛius dū ſcꝫ q̇ reipubli
ce p̄ſunt ſeipſos diligūt ⁊ ſua q̄
runt ꝯmoda ꝓpꝛia. Jō his in/
timāda ē ſnīa illa grauiſſima Ci
ceronis in .i. offi. li. Omnino in/
quit q̇ reipublice p̄ſunt duo p̄/
cepta platonis teneāt. vnuꝫ vt
vtilitatē ciuiū ſic tueant̄. vt q̇c/
q̇d agāt ad eā referāt obliti cō/
modoꝝ ſuoꝝ Alterū vt totum
coꝛpus reipublice curent nedū
partem aliquam tueātur reli/
quas deſerant. vt enim tutela
ſic pꝛocuratio republice ad eo/
rum vtilitatē que cōmiſſi ſunt
nō ad eoꝛum quibus commiſ/
ſa eſt gerenda eſt. hec ille. Ad
iuſticiam itaqꝫ fouendā ac ma
nutenendam omnes inuigila
re debent. Pꝛo qua vt pꝛedixi/
mus in pꝛecedenti capitulo gē
tiles nec filijs nec ſibiipſis pep⁹
cerunt. Sicut etiam Valeri⁹
ponit li. vi. exe mplū zalēti. za⁹
lentus inquit vrbe locrentium
a ſe ſaluberrimis ⁊ vtiliſſimis
legibus munnita cū filius eius
adulterij crimine dānat⁹ ſecū/
dum ius ab ipſo conſtitutum
vtroqꝫ oculo carere deberet et
tota ciuitas in honoꝛē patris
neceſſitatem pene adoleſcētulo
remitteret. aliq̄diu repugūit.
Ad vltimū populi pꝛecib⁹ euic
ctus ſuo pꝛius deinde filij ocu
lo eruto vſum videndi vtriqꝫ re
liquit. Jta debitū ſupplicij mo
dū legi reddit equitas admira
bili temperamēto ſe inter miſe
ricoꝛdem patrem ⁊ iuſtum le/
giſlatoꝛem partitus. Hec ille.
Vtiqꝫ ſi ſic vbiqꝫ ſeruaretur iu
ſticia bene eſſet omnibus popu
lis in quolibet ſtatu. Sꝫ quia
hec virtus pene extincta ē excre
uerunt iniquitates pꝛopter q̄s
indignatus deus ſepiſſime p̄/
cutit populos duriſſimo flage
lo ſuo. A quo nos miſericoꝛdi
ter liberet. donecqꝫ gratiam ⁊ i
de gloriā ⁊ btām Amē.
¶ Dominica de paſſione đ pec

cato lingue.

## Sermo triceſimusſextus.

Emoniū habes. Judeoꝝ blaſfemātium xp̄ȝ verba ſunt iſta origi⸗naliter Johā. viij c ꝛ in euangelio hodierno Magna vis in lingua hominis ſita eſt que licet membꝛum ſit exi⸗guum multa tamen loqui po⸗teſt ꝛ bona ꝛ mala. Propterea Jacobus. iij. ca. ait. Ecce na⸗ues cum magne ſint ꝛ a ventis validis minentur circunferun tur autem a modico guberna⸗culo vbi impetus dirigētis vo luerit. Ita ꝛ lingua modicum quidem membꝛum eſt ꝛ mag̅ exaltat. Ecce q̄ꝫtulus ignis q̄ꝫ magnā ſiluam incendit ꝛ lin⸗gua ignis eſt vniuerſitas iniq̄tatis. lingua conſtruitur ī mē bꝛis veſtris que maculat totū coꝛpus. Hec ille. Que v̄ba ve rificari videntur in iudeis qui linguis ſuis moꝛdacibus xp̄o innocenti maculā dabāt. nunc dicendo eum vini potatoꝛem. nunc ſeductoꝛem populoꝛum. nunc demoniacum ꝛ ſamarita nū ꝛ tandē linguis ſuis illum crucifigi pꝛocurarunt. Cuꝫ ve ro multos cōſpiciamus iudeo rum imitatoꝛes qui lingue om nē licentiā dederūt ad indebite inoꝛdinateq̄ꝫ loquendū. Idcir co in p̄nti ſermōe de petō ligu verba faciemus. Proponem⁹ aūt ſolito moꝛe tria myſteria d̄ ip̄a lingua declarāda.

¶ Primū d̄ natural' ꝯditionis.
¶ Scdm̄ v̄rtuoſe regulatōis
¶ Tertiū multiplicꝫ offēſiōis
¶ Qd̄ ſoli homi ꝯceſſa ē ligua ad loquendū ꝛ de cōditionibꝫ humane lingue ꝛ qualiter an geli loquuntur.

### Capitulum pꝛimum

Rimū myſteriū de lingua declarandū dicitur natural' cō ditionis. Habꝫ eq̄ dem humana lingua tres na turales conditiones quas con ſiderare debet vnuſquiſq̄ꝫ a ſū mo opifice nō ab re hoi datas.

¶ Pꝛima dicitur locutōis.
¶ Scda foꝛmatōis
¶ Tertia collocationis.

¶ Pꝛima conditō humane lin gue dicitur locutionis. Sola enim humana lingua natura liter loqui poteſt. Ad qd̄ meli us intelligendum triplicē ad⸗huc linguam diſtinguemus ¶ Pꝛima eſt angeloꝛum. Se⸗cunda bꝛutoꝛum. ¶ Tertia ve ro hominuꝫ. Pꝛia ē lingua an geloꝝ. De q̄ ap̄ls pꝛime ad co rinth. xiij. c. Si linguis hoīm loquar et angeloꝛum. De lin⸗gue angeloꝛum methapboꝛice

accipiunt ad exp̄mendam coꝝ intelligibile ꝛ ſpūalem locutio nem. qꝛ ſicut hō loquit lingua coꝛpis ita angeli lingua mētiſ Nā vt inq̄t Tho. i. pte. q. cvij In angelis ē aliqua locutio. ꝛ vn⁹ alij loquit. Quod ſic pōt itelligi. volūtas em̄ mouet in tellectū ad ſuam opatione. in telligibile aūt eſt in itellectu tri pliciter. ¶ Pzio quidē habitu aliter vel ſm memoꝛiā vt Au guſtin⁹ dicit. ¶ Scōo autē vt actu conſideratum vel conce ptū. ¶ Tertio vt ad aliud re latū. Manifeſtū ē aūt q̄ de p̄ mo gradu in ſecūdo transfert intelligibile p imꝑiū volunta tis. vñ in diffinitiōe habit⁹ d̄r quo q̄s vtit dū voluerit. Silr aūt ꝛ de ſcōo gdu puenit i ter tiū p voluntatē. Nā p volūta tē ꝯceptus mentis oꝛdinat ad alteꝝ. puta vel ad agendū ali quid vel manifeſtandū alteri. qñ aūt mens ꝯuertit ſe ad ac tū conſiderandū qd̄ hꝫ in ha bitu loquit aliq̄s ſibijpſi. nam ipſe ꝯceptus mētis interioꝛ v bū vocat. Ex hoc ꝑo q̄ conce ptus mentis angelice oꝛdinat ad manifeſtandū alteri volū tatē ipſius angeli. ꝯcept⁹ men tis vnius angeli innoteſcit alij ꝛ ſic vnus loquit alij Nihil em̄ aliud eſt loqui ad alterū q̄ꝫ cō ceptū mentis alteri manifeſta re. vnde ſ(?)cito angel⁹ vult ma nifeſtare ſuū conceptū alij ſta tim alius cognoſcit. Nobiſ au tem locutio exterioꝛ que fit per vocem eſt neceſſaria ꝑpter ob ſtaculū coꝛpoꝛis. ¶ Aduerten dū tñ circa locutionem ange loꝝ. ¶ Primo q̄ angeli inferio res loquūt ſupioꝛib ſm Dio ny. in. vij. c. cele. hierar. ꝛ tñ in hac locutione inferioꝛes nō il luminant ſupioꝛes. quia om nis illuminatio ē locutio i an gelis. ſed non oīs locutio eſt il luminatio. Illuminatio em̄ ē manifeſtatio coꝝ que depēdēt a volūtate dina que fit p ſupe rioꝛes ipſis inferioꝛib ꝛ hec il luminatio ē ꝛ locutio. Locu tio ꝟo nō illuminatio eſt ma nifeſtatio eoꝝ que ꝓueniunt a volūtate ꝓpꝛia. ꝛ ſic loquunt angeli inferioꝛes ſupioꝛibus. ¶ Scōo ſciendū q̄ angeli lo quūtur deo ſm illud Zacha rie. i. c. Rñdit angelus domi ni ꝛ dixit. Dñe exercituū vſq̄ꝫ q̄ ñ miſereber hieruſalē. Iſta tñ locutio nō fit ad aliq̄d manife ſtādū deo q̄ ē oīs ꝟitat ꝛ oīs volūtatis p̄ncipiū ꝛ conditoꝛ Sed fit vel ad ꝯſultandā di uinā volūtatē de agēdis. Nā locutio nō ē ſp ad manifeſtan dū alteri Sed qñq̄ꝫ ad hoc oꝛ dinat finaliter vt loquenti ali q̄d manifeſtet. Sicut cū diſci

pul⁹ q̄rit aliq̄d a mag̃ro vl'fit locutio angeloꝝ ad deū ad ipſum cū admiratione laudandū. vt dicit Grego. in. ij. li. moraliū. Locutiōe ꝓo qua angeli loquūtur ď deo laudātes ipſum ⁊ admirātes ſup angeli de deo loquunť. ſed locutiōe qua eius ſapientiā ꝯſulūt ſup agēdis tūc ei loquūť qn̄ aliqđ nouū per eos agendū occurrit ſup quo illuminari deſiderant. ¶ Tertio notandū ꝙ ſicut diſtantiā localis nō ipedit quin vnus angel⁹ aliū videre poſſit. ita etiā nō ipedit q̄n vnus alteri loq̄ poſſit ⁊ ſuū manifeſtare conceptū. Intellectualis em̄ ꝑatio angeli oīno abſtracta ē a loco ⁊ tpe. In eo autez qđ ē abſtractū a loco ⁊ tpe nihil oꝑatur. neqꝫ tpis diuerſitas. neqꝫ loci diſtātia. ¶ Et ſi obijcereť ꝙ clamoꝛ loquentis fit ꝑpter diſtantiā audientis. Sed Iſa. vi. c. ďꝛ de ſeraphin ꝙ clamabant alter ad alteruz ğ videť ꝙ localis diſtātia ipediat locutionē angeloꝝ. ¶ Rn̄det Tho. vbi ſ. ꝙ clamoꝛ ille non ē vocis coꝛpoꝛee q̄ fit pꝛopter diſtantiā loci. ſed ſignificat magnitudinez rei que diceba. vel magnitudinē effectus ſm̄ ꝙ dicit grego. ij. li. moꝛal. Tanto q̄ſqꝫ min⁹ clamat q̄nto minus deſiderat. ¶ Quarto ſciendū ꝙ dū angelus vult loqui vni ſoli. nō oēs cognoſcunt locutiōes ei⁹. qꝛ pōt āgelus oꝛdinare aliqđ ad vnū ⁊ n̄ ad alios. ⁊ ideo pōt cognoſci ꝯceptus vnius ab vno ⁊ non ab alijs. Cōcoꝛdat Bonauē. in. ij. diſ. x. ¶ Scđa lingua eſt bꝛutoꝝ. Aialia em̄ bꝛuta linguam hn̄t ſed nō loquunť. Et ſi dicať ꝙ locuta ē aſina balaā vt ďꝛ Numeri. xxij. Dū ad viſionē angeli cecidiſſet ⁊ balaam ꝑcutiebat eā. ⁊ aſina dicebat. Quid feci tibi. cur ꝑcutis me. ¶ Ad hoc rn̄deť ꝙ illud fuit ꝑ ſpāle miraculū. non ꝑ naturā Ideo dicit textus. Apuit dn̄s os aſine ⁊ locuta ē. ¶ Quedā tn̄ glo. ſup hoc paſſu dicit. Sicut diabolus locut⁹ ē ꝑ ſerpētem ⁊ nō ſerpēs locutus ē. ſic angelus ꝑ aſinā locutus ē nō aſina. Nō em̄ potentiā loquendi habuit aſina. vnde nullum miraculū fuit ibi ſicut nec i ſerpente ſeducente euam. Tamē dicunt quidā ꝙ aſina ad tēp⁹ habuit potentiā loquendi ⁊ locuta ē ꝑꝓꝛie ⁊ miraculoſe. hec illa glo. ¶ Tertia lingua ē hominū Ipſi per naturā loq̄ pn̄t ideo Tullius in pmo rhetoꝛice ait. Cū hoies multis in rebus humilioꝛes ⁊ infirmioꝛes ſint beſtijs in hac re maxime beſtijs p̄ſtare videnť ꝙ loq̄ pn̄t

vt enim inquit Magiſter i ſe-
cundo. di. xvi. Hō quantū ad
corpus ſupatur a lince i viſu. A
cane et vulture in odore. a por-
cu in auditu. a ſimia in guſtu ꝛ
ab aranea in tactu. hec magr̄.
Sꝫ in lingua ſuperat hō volu
cres celi ꝛ oīa peccora cāpi. Ex
quo igit̄ ſibi lingua loq̄ꝛ ꝯceſſa
eſt rōnabiliter ea vti debet non
beſtialiter. ¶ Scd̄a cōditio hu
mane lingue dicit̄ formationis
in q̄ cōſiderāda ſūt tria. ¶ Pri
mo q̄s formauit. ¶ Secundo
ad quid formauit. ¶ Tertio q̄
liter illam formauit. ¶ Primo
cōſiderandū eſt q̄s formauit li
guā. Et rn̄dem⁹ ꝙ de⁹ qui con
didit oīa vn̄ auicena in primo
fen primi libri canōis doctri
na tertia. c. ne cōplexionib⁹ mē
broꝝ ait. De⁹ cuiqꝫ aīali ꝛ cui
qꝫ mēbro donauit ex cōplexiōe
qd̄ magis meret̄. Sic itaqꝫ lin
guā de⁹ bon⁹ formauit. ita dēt
eſſe bona vt bōa loquat̄. iuxta
illud Mathei. xij. c. Bon⁹ hō
de bono theſauro cordis ſui p-
fert bona. ¶ Scd̄o cōſiderādū
eſt ad q̄d de⁹ formauit linguā.
Et dicim⁹ ꝙ ad exprimendum
cōceptū mētis. vn̄ Ariſto. in. i.
pi armenias. Voces ſūt earū q̄
ſunt in aīa paſſionū note. i. ſig
Jō id loquendū eſt qd̄ ē in cor
de. ꝛ oīs duplicitas fugienda.
omneqꝫ mendaciū deteſtādū

¶ Tertio cōſiderandū eſt qua
liter de⁹ formauit linguā. Naꝫ
formauit eā cū triplici ꝯditiōe
¶ Prima cōditio q̄ fecit vnaꝫ
in quolibet nō plures. fecit du-
as aures. duos oculos. duos
pedes. duas man⁹. ꝛ linguā tu
am vnā. In quo innuitur ꝙ hō
debet loqui pce ꝛ tempate. Vn̄
vt ſcribit̄ Laerci⁹ xenocrates
ph̄us diſcipl's platonis fert̄ di-
xiſſe cuidā loquaci. Audi mul
tū. loquere pauca. Os eni vnū
ꝛ aures duas a natura accepi
mus. ¶ Idē cū eſſet cū q̄buſdā
detractorib⁹ ꝛ taceret. querēte
vno cur ſol⁹ taceret. Qr dixiſ-
ſe me inquit aliq̄n penituit. ta-
cuiſſe nunq̄. ¶ Recitat etiā La
erci⁹ de ſalōe ph̄o ꝙ cū in loco
quodā mult⁹ loquētib⁹ nō loq̄
retur. Interrogat⁹ a periandro
vtꝝ ꝓpter v̄boꝝ inopiā an quia
ſtultus eſſet taceret. Rn̄dit. ne
mo ſtult⁹ tacere pōt. Jō Sap.
puer. x. c. ait. In mltiloq̄o pec
catū nō deerit. q̄ aūt moderat̄
labia ſua prudētiſſim⁹ ē. ꝛ. xiij
c. q̄ cuſtodit os ſuum cuſtodit
aīam ſuā. ꝛ. xvij. c. Qui mode
rat̄ ſmones ſuos doctus ꝛ pru
dēs ē. ꝛ in eodē. c. Stult⁹ quo
qꝫ ſi tacuerit ſapiēs reputabit̄.
ꝛ ſi ꝯpſſerit labia ſu a itelligēs
Et. xxix. c. totū ſpm̄ ſuuꝫ pfert
ſtult⁹. Et Eccliaſtici. xix. cap.
Qui odit loquacitatē extiguit

malicia. z. xx. c. Odibilis est q̄ procax ē ad loquendū. C. xxi. c Tacitus z ſenſat⁹ honorabit᷑. z Iſidorus li. ij. ſoliloquiorū. Multiloquiū nō effugiet culpā. z Caſſiodorus i ep̄lis Hec eſt regalis ꝓculdubio ꝟtus celeri⁹ neceſſaria ſentire z tardi⁹ i ꝟba prorumpere. Et Iacob⁹ i. canonica. c. i. Sit aūt oīs hō velox ad audiendū tard⁹ autē ad loquendū. z Seneca ad lucillū. Tardiloquū te eſſe iubeo z idē in li. de moribꝫ. In h̄ icū be vt libētius audias q̄ loq̄ris. z Quintilian⁹ in li. declamatonū. Promptiſſimo ſmone deliquim⁹ facile. Scd̄a ꝯditio lingue quia deus fecit eam rubicundam ad inſinuandum ꝙ ꝙ loq̄ debeat cū caritate ¶ Tertia conditio quia fecit eaꝫ mollē ductilē z volubilē ad oſtendendū ꝙ hō nō d̄et eſſe ꝑtinax in ſentētijs male prolatis. vnde Aug⁹. xxij. q. iiij. ca. Magne ſapientie eſt hoīeꝫ reuocare q̄d male locutus eſt. Inſup ſic̄ lingua eſt mollis ita z locutio debet eſſe blanda z effabilis; vñ Cicero in. i. de offi. ait. Difficile dictu ē quātope ꝯciliet aīos comitas affabilitaſq̄ ſermōis ¶ Tertia conditio principalis hūane lingue dicit᷑ collocatōis collocata q̄ppe ē in ore vbi ſūt labia dētes. z ſaliua. vt per labia z dētes q̄bꝫ claudit᷑ velut duplici muro refrenet᷑ ne reuelet ſecreta z oīa dicat q̄ nō ſunt dicēda. ¶ Ex hoc refert laerci⁹ ꝙ interrogatus plato quis ē inter homīes fortior. rn̄dit. Qui poteſt propriam iracundiā vincere. Interrogatus quis eſt inter homies debilior ait. qui ſuum non poteſt celare ſecretum. Eſt etiaꝫ in ore vbi lingua collocata eſt ſaliua ad ſignificandum ꝙ ſermo debet eſſe ſale cōditus z vnuſquiſq̄ ſuos ſmones ponderare dꝫ. vt dicit᷑. l. di. ca. Ponderet.

¶ Quod virtuoſe regulanda eſt lingua cū loquit᷑ quinq̄ circunſtantijs.

## Capitulum ſecundum.

Secundum myſterium de lingua declarandum dicitur virtuoſe regulationis. Debet namq̄ vnuſquiſq̄ regulare linguā dū loquit᷑ ſcd̄m quinq̄ circunſtātias.

¶ Prima dicitur cui
¶ Scd̄a vbi.
¶ Tertia tempus.
¶ Quarta finis.
¶ Quinta modi.

¶ Prima circũſtantia dicitur
cui vt videat loquẽs cui loqui
tur vicȝ ſi ẽ ꝑlat⁹ ſoci⁹ vel ſub/
dit⁹. Nã ꝑlatis ꝛ maioꝛib; lo/
quendũ ẽ cũ reuerẽtia. Sotijs
cũ benignitate. Subdit; vero
ſcḋm ꝙ exigit ꝯditio eoꝝ et int/
dũ qualitas criminũ q̄ cõmit/
tũt. Fatuis aũt ꝛ inſipiẽtib; ni
ſi ex cã loquendũ nõ eſt. Nã di
cit ſapiẽs ꝓuer. xxiij. c. In au/
rib; inſipientiũ ne loqueris qꝛ
deſpiciẽt doctrinã eloquij tui.
¶ Et eccleſiaſtici. xxij. c. Cum
doꝛmiẽte loquit̄ q̇ narrat ſtul/
to ſapientiã. ¶ Et q̇ publice lo
quitur populo vtat̄ popularib;
verbis. Inquit enim Cicero
de officijs. Popularib; verbis
agendũ ẽ et vſitatis cũ loqui/
mur de opinione populari Se
cũda circũſtantia in locutione
ſeruanda dicitur vbi. Nam in
eccleſia q̄ eſt loc⁹ oꝛatõis non li
cet loqui de reb; mundanis vt
notat̄ extra de imunitate eccľie
li. vi. i. c. Decet. ¶ Tertia circũ
ſtãtia ẽ tp̄s vt eni dic̄ ſapiẽs ec/
cleſiaſtes. iij. ca. tp̄s tacẽdi ꝛ tẽ
pus loquendi. ¶ Quarta cir/
cunſtãtia eſt finis vt cõſideret
loquens finem quare loquitur
¶ Quinta circunſtantia dicit̄
modus vt ſcȝ ſeruetur modus
in bꝛeuitate ꝛ ꝓlixitate in ge/
ſtu ꝛ ſiľib;. Sũt eni aliq̇ q̇ vo
lunt dicere da michi pane. Et
narrãt hiſtoꝛias ꝛ filateria lon
ga. Aliq̇ adhuc ꝯfidunt in oꝛ/
natu verboꝝ ꝛ multa v̈ba pin
gentes tedio auditoꝛes affici/
unt. Pꝛo q̇b; dicit cicero in li.
de oꝛatoꝛe. Quid ẽ tã furioſuȝ
quã v̈boꝝ vľ optimoꝝ vľ oꝛna
tiſſimoꝝ ſonitus inanis nulla
ſubiecta ſnĩa. Que v̈ba etiam
recitat Aulufgelli⁹ in. i. lib. no
ctiũ atticaꝝ ¶ Nonnulli iſuper
dũ latine loqui volũt exquirũt
vocabula incognita ꝛ inuſita/
ta vt ſic videantur ſingulares.
Pꝛo q̇b; dicit Aulugel. li. x. no
ctiũ atticaꝝ. Verbis vti nouis
ꝛ incognitis duri⁹ ẽ q̄ȝ verbis
ſoꝛdentib;. Rome quidã cele/
bꝛat⁹ hõ in cauſis cũ apud ꝑfe
ctũ vꝛbis verba faceret ꝛ dice/
re vellet inopẽ quendã miſ'o vi
ctu viuere ꝛ furfureũ edere pa/
nẽ. vinũq; fetidũ potare. Hic
inq̇t eques roman⁹ apludam
edit ꝛ floces bibit. Que v̈ba cũ
ctoꝝ aſtantiũ aĩos ꝓuocarũt
ad riſum. Ille eni legerat aplu
dã veteres ruſticos frumẽti fur
furem dixiſſe Itẽ floces audie
rat priſca voce ſignificare vini
fecẽ e vinaceis exp̄ſſam. ¶ Pri
mũ verbũ legerat in plato. ſcḋm
apud ciciliũ i polimenis q̄ ſibi
ad oꝛnamẽta oꝛonũ ſuauerat.
¶ Quidã ſup dũ loquũt̄ videt̄
fugere duȝ trahẽtes ꝛ emittẽtes
flatũ rotãt velociſſime v̈ba ſua

nulla ꝑuitate ſeruata Sed au diant iſti Ciceronē q̄ in primo de officijs ait Magna eſt ad/ miratio copioſe ſapiēterq̄ dicē tis quē q̄ audiūt itelligere etiā ꝛ ſapere pluſq̄ ceteros arbitrā tur. Si ꝟo ineſt ī orone mixta modeſtie grauitas nihil admi rabilius fieri poteſt eoq̄ mag̃ ſi ea ſunt in adoleſcēte.

¶ De viginti peccat̃ ꝓueniēti bus a lingua quot ſunt littere alphabeti vſq̄ ad v incluſiue.

Capitulum tertium.

Ertiū myſteriū de/ clarandū de lingua dicit̃ m̄ltiplic̄ offen ſionis. Multa enim ſunt pctā q̄ lingua ꝯmittūtur. Ideo vt refert laercius. In ter rogatus anaxarcus. phus q̄d eēt in hoie bonū vel malū rn̄/ dit lingua. Ex ipa nāq̄ tot ꝓ/ ueniūt pctā quot ſūt littere al/ phabeti vſq̄ ad v. ¶ Prima eni lr̄a alphabeti ē A. ꝛ hec eſt prima in oib; linguis. vt patet xxxv. di. c. Ab exordio. Et pri mū pctm̄ lingue ē adl̄atō quā q̄ ſic diffinit Alexā. i. ij. Adula tio ē pctm̄ ex ſmōe vane laudis ꝓueniēs alicui facte intētōe pla cēdi Et de hac dixi in q̄drage/ ſimali de pnia Hoc vicio ꝑma xie laborāt exn̄tes i curijs regū ꝛ pricipū in q̄b; rariſſimi ſūt q̄ loq̄ velit ꝟitatē ¶ Scđa littera alphabeti ē B. ꝛ ſm pctm̄ lin gue ē blaſphemia dei ꝛ ſctōꝝ ꝛ creaturaꝝ. ¶ Tertia lr̄a ē C. ꝛ tertiū pctm̄ lingue ē ꝯtentō. q̄ ſm amb. ē ꝯtētio ꝟitat̃ cū ꝯfi/ dētia clamoris de q̄ etiā ſcripſi in q̄drageſimali de penitentia ¶ Quarta lr̄a ē D. ꝛ quartū pctm̄ lingue ē detractio. que eſt aliene fame ꝛ ꝑ occl̄ta ꝟba deni gratio. ¶ Quita lr̄a ē E. ꝛ q̄n/ tū pctm̄ lingue ē excuſatio pcti de q̄ ꝯquerit̃ de⁹ dicēs ꝑ Hie/ re. viij. c. Nēo ē q̄ agat pn̄iā ſu per pctō ſuo dicens Quid feci Oms ꝯuerſi ſunt ad curſum ſuū q̄ſi equ⁹ i impetu vadēs ad ꝑliū. Hoc aūt maxie ꝑiculoſū ē dū excuſat pctm̄ ſuū ille q̄ con fitet̃ ſacerdoti ¶ Sexta lr̄a ē F ꝛ ſextū pctm̄ ligue ē fallax locu tio. ꝛ de hac dicem⁹ in ſmōe de mēdacio. ¶ Septia lr̄a ē G. et ſeptimū pctm̄ lingue ē gloria/ tio cū ſcꝫ q̄s gl̄aꝫ i debite appe/ tens de ſe iactanter loquitur.

¶ Octaua littera ē H. ꝛ octa uum peccatū lingue ē homici dij perpetratio· ſcilicet precepto cōſilio. ſuaſione ꝛ huiuſmodi. Ideo inquit de talibus. pſal. Lingua eorum gladius acut⁹ Solon vero athenienſis Ut commemorat valerius interro gatus quid acutius gladio rn̄ dit praui hois lingua. ¶ No/ na littera alphabeti eſt. J. Et

nonū pctm̄ lingue ē irriſio cuꝫ ſ. aliqͥs irridet aliū ad iniuriā ſicut facere ſolent illi qui vul/go dicunt mutegiatori ꝓferentes alia ꝟba colorata ꝛ fucata quibꝫ ꝓximus illuſus ſcandalizetur. Et ſi conqueratur dicūt ñ nominaſſe illum ꝛ ſimilia. qui tñ grauiter peccant. qm̄ vt ait ſapiens ꝓuer. iij. c. abhominatio ē deo oīs illuſor ꝛ. iiij. regū ij. c. ſcribitur ꝙ quadragintaduo pueri qui irridebant heliſeum vocantes caluū occiſi ſunt ab vrſis ¶ Decima littera eſt k. ꝛ decimū pctm̄ lingue ē cantus vanus in quo amatoria proferuntur ꝛ dei nomē in vanū aſſumitur. ¶ Undecima lr̄a eſt L ꝛ vndecimū peccatū lingue laſciua ꝓnūciatio. ſ. ꝑ lenociniū vel ſcurilitatē que ē de verbis turpibꝫ. loqͥ em̄ laſciua etiā ludendo nō licet. qꝛ corrūpūt bonos mores colloqͥa mala. vt inquit apoſtolꝰ. i. ad corinth. xv c. ꝛ ariſto. in. ij. rhetoricoꝝ ait Ex dicere de facili quodcūqꝫ turpiū fit ꝛ ip̄m facere ¶ Duodecima littera ē M. duodecimū peccatū lingue eſt maledictio creaturaꝝ qꝺ nō licet. qͥa vt inqͥt paulus p̄me ad corin. vi. c. Maledici regnū dei nō poſſidebunt ¶ Tertiadecima littera N. tertiūdecimū peccatū nugatio incantationis cuꝫ dicuntur carmina ꝛ huiuſmodi Dicit em̄ augꝰ. xxvi. q. iij. ca. igitur Oēs huiuſmodi artes nugatorie ꝛ noxie ſupſtitionis fugiende ſunt a xp̄iano ¶ Quartadecima littera eſt O ꝛ quartūdecimū peccatuꝫ lingue oratio indebita videlꝫ ſine attentione interruptiōe acceleratione ¶ Quintadecīa littera ē P ꝛ qͥntūdecimū pctm̄ lingue eſt ꝑiuriū. ꝛ hoc iam olena ē terra ¶ Sextadecima littera ē Q et ſextūdecimū peccatū lingue ē q̄relatio cū. ſ. murmuratur de deo: de ꝑentibꝫ ꝛ ꝺ alijs ¶ Decimaſeptima littera ē R ꝛ decimūſeptimū peccatū ē reuelatio ſecretoꝝ vel cōfeſſionis vel alioꝝ in ſecreto cōmiſſoruꝫ qꝺ fieri nō debet. ¶ Decimaoctaua lr̄a ē S ꝛ decimūoctauum peccatū ē ſuſurratio que ponit diſcordiā inter amicos ¶ Decimanona littera eſt T ꝛ decimūnonū peccatum lingue ē temeraria affirmatio. affirmare temere malū de ſuis ꝓximis ex leuibus ſuſpicionibꝫ ¶ Uigeſima lr̄a ē U ꝛ vigeſimū peccatū ē ꝟbū ocioſū. ꝺ quo chriſtꝰ Matthei xij. c. ait. De oī ꝟbo ocioſo quod locuti fuerint homines reddēt rōnem in die iudicij Et ꝺr verbū ocioſum ꝑm Grego. quod caret neceſſitate vel debita vtilitate. Cū igitur

tot ſint petã lingue beatus vir vt ait. Jacob. i. cq ñ ē lapſus in ꝟbo. ideo cũ ps. orand⁹ de us Pone inqt dñe cuſtodiam ori meo ⁊ oſtiũ circũſtantie la bijs meis vt ſic linguã cuſtodi endo digni efficiamur gratia xpi quã nob ipe largiaꝛ q viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ am.

¶ Feria ſecũda poſt dñicã de paſſione De peccato gule

Sermo. xxxvij.

Jqs ſitit ve niat ad me ⁊ bibat Verba ſunt redem ptoris noſtri Jo. vij c. ⁊ i euãgelio hodierno. Soli cite ꝓuidendũ eſt vt mens no ſtra refocilleꝛ cibo ſpũali dine gratie: quo ꝯfortati ꝑueniam⁹ ad illud regnũ in quo plena ē ⁊ vera bonoꝝ omniuꝫ plenitu do. Nõ eni ꝯditi ſumus vt ob lectemur corpalib⁹ delicijs ſed vt ꝑfruamur gaudijs ꝑadiſi. Verũtñ carnales homies ad nil iuigilant niſi ad explendas corporis voluptates. Hi ter rena dũtaxat ſitiũt ⁊ deus eo rũ venter ē: Dant oēm operã ad ſatiſfaciendũ gutturi ſuo ⁊ vitiũ gule colũt ac venerãtur Jdcirco in pñti ſmõe ꝯ gulo ſos loq decreui p qb⁹ de ipſa gula tria ꝓponemus myſteria declaranda.

¶ Primũ diciꝛ materie.

¶ Secundũ modi

¶ Tertium pene

¶ Quod materia gule eſt eſca ⁊ potus nõ ꝙ ſint de ſe mala: ſed ꝓpter inordinatũ appetitũ ⁊ de ꝓhibitiõe ciboꝝ. Ca. i.

Rimũ myſteriũ decla randũ de gula dr ma terie. vbi pmo vidēdũ ē qd eſt gula. ⁊ ad h dicit tho. ij. ij. q. cxlviij. Gula ē iordiat⁹ appetit⁹ cibi ⁊ potus. Dr aũt appetit⁹ inordinat⁹ in eo ꝙ re cedit ab ordine rõnis in q ꝯſi ſtit bonũ ꝟtutis moralis. ⁊ q2 ex hoc aliqd diciꝛ eſſe peccatũ q2 ꝟtuti ꝯriaꝛ. ideo gula ē pec catũ. Sed ſciendũ ꝙ duplex eſt appetitus Unus quidē na turalis qui ptinet ad vires po tentie vegetabilis in qb⁹ non põt eē ꝟt⁹ aut viciũ eo nõ pñt ſubijci rõni. vñ ⁊ vis appetiti ua diuidiꝛ in nutritiuam dige ſtiuã ⁊ expulſiuã que ptinēt ad vegetatiuã vt ptes ei⁹. ⁊ ad ta lē appetitũ. ſ. naturale hui⁹ ve getatiue ptinet eſuries ⁊ ſitis vbi nõ ē pctm. vñ grego. di. v c. ad ei⁹. Sepe ſine culpa agiꝛ qd venit ex culpa. vñ ⁊ ſine cul pa cũ eſurim⁹ comedim⁹: qd tñ ex culpa pmi pentis ē factũ vt eſuriam⁹. Ali⁹ ē appetitus ſenſitiu⁹ in cui⁹ cõcupiſcentia viciũ gule ꝯſiſtit. vñ ⁊ pm⁹ mo tus gule iportat iordinationē

in appetitu ſenſitiuo que nõ eſt ſine pctõ. qđ videť eē cũ q̃s appetit cibũ vel potũ nõ ꝓpť ſuſtentationē ſed ꝓpter delectationē. vnde excedēs in quãtitate cibi vel potus nõ ꝓpter cõcupiſcentiã cibi ⁊ potus. ſed ꝑ errorē eſtimãs eo indigere nõ ꝑtinet ad gulã. Igitur vt declaremus hanc partē materia gule ē eſca ⁊ potus. Ubi ſciendũ ꝙ eſca in ſe q̃cunq; nõ ē mala ſed bona. quia creatura dei vñ apl's. i. ad Thimoth. iiij. c ait. Oĩs creatura dei bona et nihil reijciendũ qđ cũ gratiaꝝ actiōe ꝑcipiť. ⁊ ſaluator noſter Matth. xv. c. Nõ qđ intrat i os coīq̃nat hoīem. i. cibus ⁊ potus ſm ſuã ſubam ⁊ naturam nõ maculat hominē ſpiritualiter: in quo redargutuſ eſt error quorũdã iudeoꝝ eſtimãtium quoſdã cibos vt qui ſũt veteri lege ꝓhibiti ex ſui natura malos ⁊ maculare animaȝ eoꝝ eſum. Sed btũs Tho. in iij. ꝯ gentiles hoc reprobat triplici rõne. ¶ Primo ſic. qđ fit ſm rõnē ñ ē pctm̃. fit aũt vnũquodq; ſm rõnem qñ ordinať ſm ꝙ cõgruit debito fini. finis aũt debitus ſumptiõis ciboꝝ eſt ꝯſeruatio corꝑiſ ꝑ nutrimētum. quicũq; aũt cib⁹ hoc facere põt. ergo abſq; peccato põt ſumi. nullius. ergo cibi ſũptio ſm ſe ē pctm̃. ¶ Scđo ſic. vti reb⁹ ad qđ ſũt ordinate nõ eſt ſm ſe malũ. ſunt aũt plante ꝑ pter aĩalia. Aĩaliũ vo quedaȝ ꝓpter alia ⁊ oĩa ꝓpter hominē vti. ergo plantis vel animaliũ carnib⁹ ad eſuȝ vel ad quic q̃d aliud homini ſunt vtilia nõ ē ſm ſe pctm̃. ¶ Tertio ſic. defectus peccati ab aĩa deriuať ad corpus ⁊ nõ econuerſo. Cibi aũt imediate ad corpus pertinent nõ ad aĩam. non ergo ciboꝝ ſũptio ſm ſe põt eſſe peccatum niſi quaten⁹ repugnat rectitudini volũtatis. Quod ꝯtingit fieri. aut ꝓpter repugnantiam ad ꝓpriũ finē ciboꝝ. Sicut cum aliq̃s ꝓpter delectationem que eſt in cibis vtiť cibis contrariantib⁹ ſaluti corporis. vel ſm ſpeciē vt ſi īfirmus comedat herbas fructus ⁊ huiuſmodi que nocent communiter illi vel ſm quantitatē vt cum q̃s nimis comedit. vt diceť in ſequentib⁹. aut ſũptio ciboꝝ repugnat rectitudini volũtatis ſm ꝙ cibi ſũt aliqua lege ꝓhibiti. In lege eccleſie ꝓhibetur eſus carnuũ ſexta feria ꝑ totum annuȝ ⁊ in ieiunijs ⁊c. In aliq̃bus religionib⁹ ꝓhibetur eſus carnuũ per regulã vel conſtitutiones ad refrenandã concupiſcentiam. vt dž de cõſe. di. v. c. Carnē. In lege vo

Veteri fuerũt ꝓhibiti aliqui ci/
bi ſicut patet leuitici.xi.ca. Et
hoc ſm̃ Tho.p̃ma ſcđe. q.cij.
factũ fuit triplici rõne.ſ.

¶ Propter ſolicitudinis exclu
ſionem.

¶ Propter naturalem condi
tionem.

¶ Propter ſpiritualem ſigni/
cationem.

¶ Primo ꝓpter ſolicitudinis
excluſionẽ ad tollendã.ſ.nimi
am ſolicitudinem circa cibos
vnde illa ꝯcedunt que de faci
li in ꝓmptu poſſunt haberi. et
iſta etiam rõne non ita ꝓhibi
ta ſunt aliqua terre naſcentia.
Nam talia magis ꝑtinent ad
quandã ſimplicitatẽ victus ꝛ
de facili habentur cũ modico
cultu terre. Animalia aũt cuꝫ
multo ſtudio nutrire vel cape
oportet. Et vſus oleꝝ ante di
luuiũ ſolus erat nõ animaliũ.

¶ Scđa rõ quare ꝓhibebãtur
aliqui cibi ꝓpter naturalẽ ꝯdi
tionem. Nam quedã anima/
lia quandã imundiciã corpo
ralẽ corruptionis habent. vel
quia ex rebꝫ imundis nutriunt
vt porcus. vel qꝛ imũde ꝯuer
ſant vt ſub terra ſicut mus tal
pa ꝛ huiuſmodi. vel quia eoꝝ
carnes ſuperfluos ꝛ malos hu
mores generant in corporibus
comedentiũ ꝓpter nimiã ſicci
tatem vel humiditatẽ. vnde ꝓ
pter hoc aĩalia non habentia
vngulã ſciſſam vel hñtia mul
tas ſoleas in pedibus vel figu
ras ſunt ꝓhibita ꝓpter eoꝝ ter
reſtreitatẽ ꝛ quia ſũt nimis co
lerica ꝛ aduſta. ꝛ aues rapaceſ
ꝓpter nimiam ſiccitatẽ ꝛ aues
aquatice ꝛ piſces nõ habentes
ſquamas vt anguille ꝓpter ni
miam humiditatẽ. Animalia
ꝓo habentia vngulam ſciſſaꝫ
ꝛ ruminantia ſũt ꝯceſſa. quia
habẽt humores bene digeſtoſ
ꝛ bene cõplexionata ſunt. Et
piſces habentes ſquamas ꝛ pe
nulas vt ſicciores ꝑmiſſi ſunt
In auibꝫ etiã ꝯceſſa ſũt q̃ ſunt
magis temperata. vt gallina
perdix ꝛ huiuſmodi. eſus ſan/
guinis vniuerſaliter erat ꝓhi/
bitus ad vitandũ crudelitatẽ
vt horrerent humanũ ſangui/
nẽ fundere. Et eadẽ rõne aĩa/
liũ ſtrangulatoꝝ ꝛ ſuffocatoꝝ
Adipis eſus erat ꝓhibituſ ad
tollendã occaſionẽ guloſitatiſ
Erat etiã ſanguinis ꝛ adipis
eſus ꝓhibitus. quia non gene
rant bonũ nutrimentũ prout
dicit Rabbi moyſes. ¶ Ter/
tia ratio quare in veteri lege ꝓ
hibebant aliqui cibi eſt ꝓpter
ſpũalem ſignificationem. Nã
populus ille erat figuratiuus
populi xp̃iani. Et vita eorum
ſm̃ cerimonias legis erat que
dam ꝓphetia deſignatiua per

figurã vite ⁊ ꝯuerſatiõis quaꝫ
ſeruare deberet popul⁹ xp̃ian⁹
Jlla igi᷑ animalia ꝓhibita ne
comederen᷑ vt imũda figurãt
diuerſa vicia que imundã ani
mã faciũt. Eſus ergo illoꝝ ſi-
gnificat opatiõeꝫ illoꝝ q̃ come
ſta incorporan᷑ ⁊ ꝯuertun᷑ in
naturã ⁊ ex opib⁹ malis gene-
ran᷑. habitus mali vicioꝝ qui
ꝯuertun᷑ quaſi in naturã ꝓpter
aſſuefactionẽ. Debent ḡ fide-
les abſtinere a vicijs que deſi-
gnan᷑ ꝑ illa. Et aĩalia quideꝫ
q̃ non hñt vngulã ſciſſam vel
nõ ruminãt deſignant hoĩes ñ
hñtes diſcretionẽ neſciẽtes di-
ſtinguere ⁊ ꝯſiderare circũſtan
tias reꝝ. vel nõ ruminãtes. id
eſt meditantes ſcripturas ſa-
cras. Hi ergo imũdi ſũt pec-
cato indiſcretiõis vel ignorã
tie. ⁊ tales mores debent euita
ri. Uel diuiſio vngule deſigt̃
fidẽ duaꝝ naturaꝝ in ipo. Et
ruminatio ſanuſ intellect⁹ ſcri
pturaꝝ. ⁊ vtrũq; iudei tranſ-
grediun᷑. Et vitiũ ſupbie ꝓhi
be᷑ in eſu aquile q̃ alte volat ſu
per omnes aues. Uitiũ hypo
criſis ꝓhibe᷑ in eſu ſtrutionis.
Nam ſtrutio habet alas ſed ꝑ
grauedine nõ põt volare circa
terram ambulat. Sic hypo-
crita ꝑ opa exteriora de genere
bonoꝝ volare vide᷑. ſed circa
terrena ẽ ſemꝑ cum mente. Jn
griffone deſignatur crudelitaſ
potentũ. Quia griffo eſt refe-
ſtus hoĩb⁹ equeſtrib⁹ ⁊ arma-
ti. Uiciũ inanis glorie deſig-
natur in cigno q̃ auis eſt colo-
ris candidiſſimi. ſed cibũ tra-
hit ex ꝓfũdo terre vel aq̃. Sic
vana glorioſi oĩa opa ſua que
candida viden᷑ faciũt vt vide
an᷑ ab hominib⁹. Uiciũ rapie
ꝓhibe᷑ i eſu omniũ auiũ rapa
ciũ. Uultur q̃ ſequi᷑ exercituꝫ
expectanſ comedere cadauera
mortuoꝝ ſignificat eos q̃ mor
tes ⁊ ſeditiones ⁊ guerras pro
curant vt inde lucren᷑. Upu-
pa que nidificat in ſtercorib⁹ ⁊
paſci᷑ fimo ⁊ gemitũ in cantu
ſimulat ſignificat accidiã. oẽs
aues coruini generis que cro-
citando quaſi cras ſonãt ſigni
ficant ꝓcraſtinationẽ ⁊ tardi-
tatẽ bene opandi. Porcus ſi-
gnificat luxurioſos ⁊ ſic d̄ alijſ
Prohibitũ etiã fuit gentilib⁹
ad fidẽ ꝯuerſis ꝑ apoſtolos ve
ſci idolaticis ꝓpter ſpeciẽ ma-
li vitandã ne. ſ. aliqui crederẽt
hoc illos facere in veneratiõe
idoli. qđ ad idolatriã ꝑtineret
alias de ſe pctm̄ non eſſet. Ad
errorẽ igitur pertinet maniche
orum eſtimare eſcã aliquã de
ſe eſſe malam. Unde apoſto-
l⁹. i. ad Thimotheũ. iiij. c. ait
Jn nouiſſimis tꝑib⁹ recedent
quidam a fide attendẽtes ſpi-

ritibus erroris ꝛ doctrinis de monioꝝ ꝓhibentiū nubere ꝛ a cibis abſtinere.ſ.quibuſdā tā ꝙ de ſe malis. Eſca igiť nō eſt vitium gule.ſed materia circa exercetur ex concupiſcentia ad ipſam.

¶ Quod' qnqꝫ ſunt modi ſiue ſpecies quibus peccant hoies vicio gule. Ca.ſcōm

SEcundū myſteriū de gula declarandum dꝛ modi. Quinqꝫ eīn ſolent aſſignari modi ſeu ſpecies gule ¶ Primus modus eſt comedere nimis ſeu bibere. Sicͨ dꝛ de iudeis in deſerto pegrinantibꝫ. Manducauerūt ꝛ ſaturati ſunt nimis. Et ppetrari pōt iſtud viciū ita circa viliſſimos cibos ſicut circa delicatos. ¶ De quātitate aūt cibi ꝛ potꝰ nō pōt dari vna certa regula omnibꝫ ſm eandem menſurā Sed plus ꝛ minꝰ exigitur ſm varietatē cōplexionū ꝛ fatigationū. vnus etiā ꝛ idē plus indiget vno tpe ꝙ alio ſm diſpōnē ſui corpis. Unde narrat phs in li.ethicoꝝ ꝺ milone viro fortiſſimo ꝙ comedebat aliquando ſolus vnū bouem nec erat grauatus ſtomachus eius. Et alius qꝛ debiliſ etiam de paucis buccellis panis grauabať. Tantū ergo poteſt ꝛ debet quis comedere et bibere ꝙtuꝫ credit ſe indigere ad ſuſtentationē ꝛ executionē eoꝝ que ſibi incūbunt agenda Ita vt nō vſqꝫ ad nauſeā ſumat.ſꝫ cū aliq̄li adhuc appetitu finē faciat. vñ augꝰ li.ꝯfeſſ. ait. Iuſſiſti dñe vt ad alimēta ſicut ad medicamēta accedamus. Sicut eīn ſumiť medicina nō ad delectationē ſꝫ ꝓpter neceſſitatē.ſ.ad ꝑſeruādū corpus a morte ꝛ cū timore ſumitur ne ledat. Ita cibꝰ debet ſumi ad ſuſtentandum corpꝰ ne deficiat ꝛ cū timore ne offēdať ex nimia cōplacentia. ¶ Scōs modus ſeu ſpēs gule eſt comedere cibos nimis delicatos ꝓpter delectationē. vt capones faſanos.ꝑdices.lāpredas ſturiōes. vina electa ꝛ huiꝰmōi. Huic erat deditꝰ ille diues q̄ poſtea ſepultꝰ ē in iferno. Lucͨ xvi.c. Hoc pctō peccauerunt iudei dū nō ꝯtēti māna appetierūt carnes ꝛ dñs dedit eis coturnices. Nūeri.xi.c. Si qͥs tm̄ vtať cibarijs delicatis ꝓpter īfirmitatē hois exigētē.aut ꝓpť generis nobilitatē vt ꝑncipes aut ꝓpter tpis cōgruitatē vt ī nuptijs ꝛ ꝯuiuijs diſcretis poteſt hoc eē abſqꝫ pctō vñ augꝰ xli.di.ca. Quiſquis ait. Fieri eīn pōt vt ſine aliquo vicio cupiditatis vel voracitatis ꝓcioſiſſimo cibo ſapiēſ vtať Inſipi

ent autē fetidiſſima gule flamma in viliſſimū inardeſcat. Et ſanius maluerit quis more domini piſce veſci ꝙ̄ lēticula more eſau nepotis abrahe. aut ordeo more iumētoꝝ. ¶ Et cadeȝ di. c. Non cogātur. Nō cogantur diuites cibis pauperuȝ veſci vtātur cōſuetudine infirmitatis ſue. ſȝ doleāt ſe alteri abſtinere nō poſſe. Si enī ꝯſuetudinē ſuā mutāt egrotāt vtantur ſupfluis ꝛ dēt paupib⸗ neceſſaria. vtātur p̄cioſis ꝛ dāt paupibus vilia. Hec ille. Quarī laudabile eſſȝ a puericia etiā filioſ nobiliū aſſueſcere cibis groſſiorib⸗. Qd fecit mr̄ bti bernardini erga ſuos filios nobileſ ꝛ diuites. vn̄ ligurgus ethnicbus in ſuis legib⸗ ordinauit adoleſcētulos ruri nutriendos cibis vilib⸗. Sūme autē rep̄heſibile ē iuuēclos ad tabnas accedre. ignolatas. cōfectiōnese ꝛ alia pguloſa comedere maluatica ꝛ greca bibere. Cōia aūt facere vbi cōiter lauta p̄parant cuȝ ex amicitia vel alia cā honeſta fiūt de ſe nō ſunt rep̄hēſibilia. Nā ꝛ iob pmittebat filijs ſuis cōuiuia facere inuicē. Job. i. c. Et ioſeph p̄parauit fratribus ſuis cōuiuiū. Et abrahā angelis hoſpitib⸗ ſuis. Geñ. xviij. c. Et p̄cipue cū in cōuiuijs adſunt circūſtātie q̄s ponit Gregō. xliij. di. c. Cōuiuia. Sciēdū inq̄t ꝙ cōuiuia tunc ex caritate veraciter ꝓdeūt cū i eis abſentiū null⁹ vitā mordet. Nullus ex irriſione rep̄hendit. Nec inanes ſeculariū negocioruȝ fabule. ſȝ v̄ba ſacre lcōis legūtur ꝛ audiūtur cū nō pluſꝙ̄ neceſſe eſt corpori deſeruitur. Et ꝙ raro ē quin in ꝯuiuijs multa vana ꝛ irriſoria miſceātur ꝛ vltra debitū comedatur. Jdō refert Aug⁹. documētū ſibi ab Ambro. traditū vt euitaret cōuiuia quib⸗ termin⁹ tēperētie excedit ¶ Terti⁹ mod⁹ ꝛ tertia ſpecies gule ē ponere nimis de tp̄e ad p̄parandū cibos vt magis delectēt. Puta vt ſint variati aſſati. lixi. cū aromatib⸗. cū ſapori⁹b⸗ ꝛ hmōi. Hoc vicio vt ſcribitur. i. Reg. ij. c. Laborauerūt filij heli ſacerdotꝭ. Nā cū popul⁹ accederet ad offerendū ſacrificia aialiū ad altare ꝑm mādatū legis veniebat puer q̄. ſ. erat miniſter ſacerdotꝭ ꝛ dicebat offerenti. da mihi carnes. i. partē aialis occiſi vt coquā ſacerdoti Nō enim accipiā coctā ſed crudā. Qd faciebat vt accurati⁹ poſſet ſuo ſacerdoti preparare. Et offerēs rn̄debat Incendat prius ꝑm morē adeps ꝛ poſtea accipies. Et ille. ſ. miniſter nequaꝙ̄. Si nō dabis accipiam vi. Jn ollis quoꝙ̄ vbi coque-

bãtur carnes mittebat triden/
tẽ ꝛ trahebat crudũ de lebete.
Sic faciũt hodie multi prela/
ti ecclesie. Quare dicit Alanꝰ i
li. de cõplanctu nature. Hodie
gule viciũ profundiꝰ se porrigit
in dños ꝑlatos q̃ salmones. lu
cios ceterosq̧ pisces eq̃pollenti
generositate insignes varijs de
coctionũ cruciãt martyrijs bal
neantes officio sacri piperꝭ fon
te baptizant. vt multiformẽ sa
poris grãm cõsequãtur Alius
ministroꝝ cõtundit. colat aliꝰ ꝛ
cõficit substantiã ꝑtit in acci/
dẽs. naturã mutat in artez. vt
saturitas trãseat in esuriẽ Hec
ille. Sciendũ etiã ꝙ sumere ci
bos imunde ꝛ sine ꝯgruẽti pre
paratõe vbi ꝯmode prouideri
põt viciosum ẽ ꝑtinens ad vici
um negligẽtie vel insensibilita/
tis Vñ hiero. Nec affectate sor
des nec exquisite delitie laudez
pariunt. qđ inducit Gratianꝰ
xli. di. c. Clericꝰ. §. Idest. de ci
bis sicut de vestibꝫ. Qđ autem
aliquos sctõs cibis cineres le/
gimꝰ miscuisse. vt btũs germa
nus eṗs altissiodorẽsis. ꝛ bea/
tus Frãciscꝰ. Dicit Vl. hoc fu
isse laudabile ꝛ ỽtuosũz ex ope
operante non ex ope opato. i. ex
intẽtione operantiũ. vt scz sub/
trahẽtes se ob omni delectatio
ne corporali redderẽtur magis
capaces ꝛ apti delectatõnibus
spiritualibus ꝛ affectu ad diu
na a deo ad hoc inspirati. Sed
illud opus in se nõ erat lauda/
bile. vñ nec imitabile nisi quis
similiter a deo inspiratus esset
¶ Quartus modus gule siue
quarta species ẽ nimis ardẽter
seu nimia auiditate cibũ vel po
tũ sumere. Ad qđ ꝑtinere vide
tur comedere nimis rapaciter
ꝛ festinãter. Et licet quidã ha/
beãt a naturali cõditione vł as
suefactione: Tñ ꝛ corpi nocet.
quia non ita bñ potest cibꝰ dige
ri quasi integer deglutitꝰ ꝛ mi
nus bene edificat. Et cũ proce
dit ex inordinato appetitu dele
ctatõis gule peccatũ est. Hoc
vicio superatus propter vnam
escam. s. lentis eduliũ vendidit
esau primogẽita sua. vt đt apo
stolus ad Hebreos. xij. capi.
Naz vt narratꝛ Geñ. xxv. capi.
Cum reuerterẽtur esau đ agro
fessus ad domũ inueniẽs ꝙ ger
manus eiꝰ iacob coctũ lentiuz
ferculũ comederet petiuit ab eo
vt sibi de illo fercło daret Cui
iacob dixit. vende mihi primo
genita tua. Qđ fecit ex nimia
auiditate illiꝰ eduliȷ̃ ꝑuipẽdẽs
ea pro tam vili precio vendere
Unde grauiter peccauit symo
niam committẽs. quia ius pri
mogeniture tunc scz in lege na/
ture erat spirituale. Nam pri
mogenitus tenebat locũ ꝛ offi

ciū ſacerdotis. Iacob aūt emē
do dicit nō peccaſſe. qꝛ potiꝰ re
demit ꝙ̄ emit vexationē ſuam.
Et in hac ſpecie gule ita pecca
tur viliſſimis cibis ſicut ꝑcio/
ſis. imo in h̄ frequēter offēdūt
hoīes nō faciētes ſibi ꝯſcientiā
ꝓpter vilitatē cibi nō aduerten
tes ꝙ p̄imi parētes peccauerūt
in eſu pomi. Iō dicit Augꝰ In
oīb9 his reb9 nō vſus rex ſ3 libi
do in culpa eſt. Et ide3. xli. di.
c. delitie. Uiles cibi appetēter
accepti impediūt prouentū ab
ſtinētie. Dauid aūt aquā ꝯcu
pitā effudit. Hiſtoria habet. ij
publícis iudicijs.l.iij.§.itē lex iulia.¶ Scdm vo canones mltiplicíter raptor punit. Et prīapēs q excōicatur raptor ab illo epō in cuí epatu fecit rapinā.extra de rapto.c.i. Et.vi.q iij.c. Placuit Itē denegatur ei pnia nisi restituat oblata vel securitatē plenā faciat de reddendo si habeat vñ possit. Si vero nō haberet vnde possit ꝛ distulit accipe pniam vsqꝫ ad mortē ꝛ sic nō potest satisfacere si petat pniam dabit ei ꝛ etiā viaticū. Si aūt dec edat ꝛ īpenitēs tūc ꝛ viaticū ꝛ sepultura negabitur.extra de rapto.c. Super eo.c.in lrīs. Qd si nō habꝫ vñ reddat nec heredes nec propinqui volūt satisfacere.ipe tñ contritus facit qd pōt.lꝫ tarde non priuabit pnia ꝛ viatico sed tñ sepultura ei negabit Qd statutū est ad terrorē alioꝝ. Presbyteri vo q ꝯ pdicta fecerint sepeliēdo ipm ꝛ hmōi debēt depōi ab officio ꝛ bñficio. vt in dicto c.sup eo. Sꝫ de raptoribꝫ occisis nō dꝫ iste rigor seruari fm Inno.extra eodē in.c.in litteris Et lꝫ rapina sit grauis peccatū furto.tñ fm Tho.ij.ij.q.lxvi. furtū ex suo genere pctm ē mortale.tum q ē cōtra caritatē proximi.tū quia ē cōtra iusticiam que reddit vnicuiqꝫ qd suū est ꝛ furtū accipit qd alterius est.tū quia ē contra preceptum domini qui ait Exodi.xx.c. Nō furtum facies. Ob quod secūdꝫ leges furta etiam grauiter puniuntur. Et secūdum legem diuinam puniebantur furta pena damni. Nam vt scribit exodi.xxij.capitulo. Qui furabatur vnam ouem reddebat quatuor ꝛ qui vnum bouem reddebat quinqꝫ. Ut enim inquit tho.i.ij.q.cv. In pena furti cōsiderabatur secundum legeꝫ id quod frequenter accidere poterat.ꝛ ideo pro furto aliarum rerum que de facili custodiri pñt a furibus non reddebat fur nisi duplum. Oues autem non ꝺ facili custodiri possunt a furto.quia pascuntur in agris. iō frequentius ꝯtingebat q oues furto subtraherentur Ideo lex maiorem penam apposuit. vt scilicet quatuor oues pro vna oue redderentur. Adhuc auteꝫ boues difficilius custodiuntur qui habentur in agris ꝛ nō ita pascuntur gregatim sicut oues ꝛ ideo adhuc hic maior pēa est apposita vt scilꝫ quinqꝫ boues pro vno boue redderentur.et hꝯ dico nisi forte idem aīal inuentum fuerit viuēs apud euꝫ qui tunc solū dupluꝫ restituebat sicut in ceteris furtis. poterit enī

haberi preſumptio φ cogitarȝ
reſtituere ex quo viuū ſeruaſſet
¶ Nō quinqȝ ratōib⁹ pñt aliq̄
excuſari a furto.

Capitulum ſecundum.

Ecundū myſteriuȝ
de furto declarāduȝ
dicitur excuſatō Ex
cuſātur ſiquidē a fur
to aliq̄ quintuplici rōne.
¶ Prima dr̄ diuīe p̄ceptōnis
¶ Scōa recuparionis
¶ Tertia auxiliatōis.
¶ Quarta paucitatis
¶ Quinta neceſſitatis
¶ Prima ratio dicit̄ diuine pre
ceptōis. ꝛ ſic vt ſcribit̄ Exo. xi.
c. Filij iſrael accipiētes ab egy
ptijs mutuo vaſa aurea ꝛ argē
tea aſportauerūt eū ſecū ſibi il
la retinētes. Necqȝ furtū ſibi im
putat̄. Qꝛ vt inquit Aug⁹. xv
q. v. c. Dixit dñs. Nō hic quiſ
qȝ exemplū ſumendū putar̄ dȝ
ad expoliandū iſto mō ꝓximuȝ
ſuū. Hoc eni de⁹ iuſſit q̄ nouc
rat quid quē qȝ pati oportcat.
Nec iſraelite furtū fecer̄t. ſȝ deo
iubēti miniſteriū p̄buerūt Cū
eni dñi ſint oīa nobis quodam
mō accōmodata. ſicut dñs ali
cui⁹ rei cōmodate alteri in acci
piēdo ab ipo ꝛ cōmodādo al
teri nō illi faciat īiuriā; nec iſte
ſtōs diceret furari accipiēdo il
lud de volūtate dñi. Ita iꝓpo
ſito accipiētes illa vaſa ex pce
pto dei nō ꝯmiſerūt furtū Hoc
aūt de⁹ iuſtiſſime diſpoſuit ꝓp
ter oppreſſiones ꝛ iniurias q̄s
hebreis fecerāt egyptij ꝛ vſur
patōes mercedis laboris eorū
q̄ſi in recōpenſationē illorū dā
norū. ¶ Scōo excuſat̄ aliqui a
furto rōe recupatōis dū. ſ. aliq̄d
accipiūt ab illo q̄ ſua bōa iniu
ſte detinet ꝛ. nō vult reſtituere
ſm vero tho. ij. ij. q. lxvi ꝛ Hen
ricū de gādauo diſtinguendū
eſt. qꝛ aut tales pñt recupare
bona ſua p viā iudicij. ꝛ ſic nō
lȝ ipis accipe. qꝛ nēo dȝ eē iudx
in ꝓpria cauſa. C. ne q̄s in pro
pria cau. l. i. Aut tales nō pñt
res ſuas recupare. vel qꝛ n̄ hñt
ꝓbatōes ſufficiētes. vl̄ qꝛ omi
no illis deneget̄ iuſticia. Tūc
accipiēdo cōmodo q̄ poſſūt nec
peccāt. nec ad reſtitutionē tenē
tur. Hoc tñ in duob⁹ caſib⁹ eſt
intelligendū ſm aliquos ¶ Pri
mus qñ q̄s iueniret res pditas
illi⁹ qui detinet ſuas. Scōus
qñ adminiſtraret bōa illi⁹ Alr̄
furari nō lȝ. ¶ Primo propter
pericl̄m aliorū quib⁹ poſſet fur
tū imputari. Nemo eni cū alt̄i
us iactura dȝ locupletari: de re
gulis iuris in. vi. ¶ Scōo ꝓpt
piculū ꝓprie fame. puta qꝛ ſi ſci
ret vt fur diffamabit̄ cū nō poſ
ſet probare illū eſſe debitorem
cui abſtulit. xij. q. i. cap. Nolo.
Qui fides conſcīetie fama ne

gligit crudelis eſt. ¶ Tertio ꝓpter periculum proprie pſōe. q2 ſi ꝯuinceretur accepiſſe rem alterius. puniretur tanq̄ fur. ¶ Quarto propter periculum cōſcientie. puta q2 non credit ſibi licere ſed furtum reputat. vel q2 exponit ſe pīculo periurij paratus ꝑiurare cū peteref potius q̄ dicere veritatē. Quare peccat ſic ſibi ſatiſfaciēs. Reſtituere vero non tenetur niſi plꝰ de debito accepiſſet. vel niſi nō ſatiſfaciēdo ⁊ reſtituēdo vnū de ꝑdictis periculis eueniret. cui tñ obuiaret reſtituēdo. Argumentū extra de noui operis nunciatione. c. Cum ex iniuncto. §. Super eo. Et ratio eſt. quia ſic retinēs ꝯ ſe vel contra proximū perūerteret iuſticiam naturalē. ¶ Tertio excuſantur aliqui a furto ratione auxiliatōnis cum quis auferret aliq̇d a te pro auxilio eius. puta quia re aliqua male vteretur. Sic nō peccaret aliquis auferendo occulte fucum mulieri. gladium furioſo. pecuniā vel pannos luſori ⁊ huiuſmodi. Sic rachel furata eſt ydola patris tui laban ⁊ ex hoc non reprehēditur quia fecit vt afferret occaſionē ydolatrandi. Et hoc intelligif niſi ex ipſo facto ſequeretur graue ſcandalum alicuiꝰ. Si q̇s autem auferret a diuite auaro vel vſurario ⁊ inde daret pauperibus non per hoc excuſaretur a furto. vt expreſſe oſtendit Auguſtinꝰ in quadā omelia. ⁊ ponitur. xiiij. q. v. c. Forte. Forte aliquis cogitat ⁊ dicit. Multi ſūt xp̄iani auari ⁊ cupidi nō habeo peccatū ſi illis abſtulero ⁊ pauperibꝫ dedero. vñ illi nil boni agūt mercedē habere potero. Sed hmōi cogitatio diaboli calliditate ſuggeref. Quarto excuſātur aliqui a furto rōe paucitatis qñ quis acciperet q̇d minimū vt fructꝰ ortorū ⁊ herbas in paruo valore ⁊ hmūi niſi illud modicū abſtuliſſet intentione notabiliter accipiendi vel damnificandi ſi potuiſſet. quia tunc eſt mortale ſḿ tho. vñ Hiero. xiiij. q. vi. ca. fi. Fur nō ſolū in maioribꝫ ſed etiaꝫ in minoribꝫ iudicatur. Nō enim quod furatum eſt ſed mens furantis attenditur. ¶ Quinto excuſantur aliqui a furto ratōe neceſſitatis. Sicut enim diximus in ſermone. xvij. huiꝰ operis. Qui furatur extrema neceſſitate cōpulſus nō peccat. ſꝫ vtitur iure ſuo de con. di. v. ca. Diſciplos. vñ pōt occulte ſubtrahere. vt dicit tho. Nō tm̄ ꝓ ſe ſed etiā pro alio. In tali eniꝫ caſu oīa ſūt cōia. Sed hoc itelligendū eſt cū aliter ſibi prouidere nō pōt. Nā ſi ab amicis

vel etiã elemoſinaliter petẽdo
inueniret ⁊ ex verecũdia nõ pe
teret nõ excuſaret a furto acci
piendo ab aliĳs. qđ ſi non fuit
extreme neceſſitatis. peccat q̃/
dem ſed alleuiat peccatũ. ⁊ in
tali caſu intelligit penitentia q̃
iponitur. extra de fur. c. ſiquis
per neceſſitatẽ. ꝙ. ſ. peniteat eb
domadas treſ. q2 vt dicit glo.
modica fuit neceſſitas.

¶ Quõq3 ſũt genera hoĩum
q̃ furtũ cõmittere ſolẽt. Ca. iij

Ertiũ myſteriũ de fur
to declarandũ đ2 cõ/
miſſio. Solent eñ cõ
mittere furtũ q̃nq3 genera ho/
1 minũ. ¶ Primi q̃ cõmittũt fur
tũ ſunt filĳfamilias. qui ſi au/
ferũt de bonis pentũ ꝯ volun
tatẽ illoꝝ: furtũ cõmittũt. et ſi
eſt qđ notabile mortaliter pec
cant. Et ſi filiusfamilias ſic fu
rens coheredes haberet poſt
mortẽ parentũ videt obligari
illis ꝓ pte que tãgebat illos de
ſic ablatis ſi ſũt in notabili q̃n
titate. niſi obtinuiſſet remiſſio
nẽ ſup his ab ipſis pentib9 ꝭm
2 Ray. ¶ Scđi q̃ cõmittũt fur/
tũ ſũt vxores. Si vxor occul/
te ⁊ ꝯ volũtatem viri dedit de
eius pecunĳs vel alĳs reb9 in
notabili quãtitate. Notabile
dico ꝭm ſe vel etiã ꝭm ꝓportio
nẽ ſubſtantie viri furtũ cõmi/
ſit, ſiue dederit ꝯſanguineis ſi
ue expẽderit in ſuis vanitatib9
ſiue etiã indefecerit elemoſinã
ꝯ voluntatẽ viri. ¶ Nota tamẽ
ꝙ vxor põt in extrema neceſſi/
tate ſubuenire indigenti etiam
ꝯ voluntatẽ viri dũ tñ ex hoc
ipſe nõ incurrat notabile detri
mentũ ſui ſtatus. lxxxvi. diſ. c.
nõ ſatis. Si etiã mulier vltra
gubernationẽ domus exerce/
ret artẽ aliquã lucroſam tũc đ
ſuo lucro poſſit notabiliter da
re ꝓ pĳs cauſis hñte eius fa/
milia vnde cõuenienter aliũ
de ſuſtentet. De pane aũt ⁊ de
vino ⁊ hui9mõi que coiter cõ
ſueuerunt viri dare poteſta/
tem familie erogandi eo ip/
ſo ꝙ nõ ꝓhibuerũt conceſſiſſe
vident dũmodo moderate fi
at. Quinimo ſi aliq̃n ꝓhibuiſ
ſet pie pñt interptari. ſ. ꝙ intẽ
dant ꝓhibere a nimio nõ a to
to ꝭm Guil. Si tñ conſciẽtia
ſua eis dictaret ꝙ nullo modo
ꝯtentarent: nõ d3 ꝯ ꝯſcientiã.
¶ De pafernalibus aũt poſſũt
vxores diſponere ſicut volunt
niſi obſtet ꝯſuetudo vel aliqđ
ius mũicipale. Parafernalia
dicuntur que habet vxor pter
dotes vt ſucceſſiões heredita
rie. legata ei facta vel donata
⁊ h9mõi. Ultra pdictos tres
caſus. ſ. extreme neceſſitatis in
paupe. vel cũ mulier e lucroſa
vel h3 pafernalia. Petrus de

palude in.iiij.ponit etiã alios caſus in qb9 vxor põt dare ele moſynã ꝛ alienare ſine licẽtia viri. Primus ẽ ad vitandum dãnũ.ſicut fecit abigali.i.Re gũ.xxv.c.qꝛ mulier hꝫ ꝓprieta tẽ in bonis coib9 ſicut ꝛ vir.vñ ſi ꝑ negligentiã vel maliciã vi ri videat ſibi iminere ꝑiculum põt ipſa obuiare. Scõs caſuſ ẽ.ſi vir ſit fatu9.tũc eñ diſpẽ/ ſatio dom9 ꝑtinet ad vxorem niſi ꝑ ſuꝑiorẽ aliter ordinatuꝫ fuerit. Tertius ẽ ſi vir abſens nõ poſuit aliũ diſpẽſatorẽ do mus ſue loco ſui. Quartus ẽ. ſi vir ꝑegrinans taxatas expẽ ſas dedit vxori ſi ipſa vult ſi/ bi ſubtrahere põt pauꝑib9 ero gare. ¶ Sed qd de muliere ſup ponẽre alienũ partũ q̃ alienum filiũ nutrit ad expẽſas viri vł fi liũ de adulterio ↄceptũ ꝑſuadet viro ſore ſuũ. ¶ Dicendũ ꝙ qc/ quid expẽdet pro nutritõe ꝛ gu bernatõe illi9 filij. Et ad illud in q̃ ſuccedet patri putatiuo te neť totũ ad reſtituẽdũ.qꝛ furtũ ↄmiſit quantũ poſſibile ẽ. Di cit tñ Raymũdus ꝙ talis mu lier debet laborare qbuſcunqꝫ modis põt vt legitimi heredes nõ fraudẽtur hereditate paťna caute tu. Reuelare enim ſimpli citer marito vel ſpurio vel ſup/ poſito nõ expedit abſolute ꝛ ſiñ diſtinctõe.tũ qꝛ forte inde ꝓuẽi/ rẽt homicidia ꝛ adulteria.tum qꝛ forte marit9 dimitteret eam ꝛ nõ valẽtes forſitan ↄtiere vł/ ꝙ adulterareť. tũ forte qꝛ ñ cre derẽt ſibi. Ideo ſm Guil. vel Raymũ. ꝛ Hoſtien. Si hoc ſe cretũ reuelari põt ſine periculo ſpurio vel marito ſiue ipſis ſi/ ue mediante aliquo bono viro tũc reuelandũ ẽ vt vel ita ſi ma/ ritus ↄtẽtus ſit mulier abſolua tur ab obligatõe ſatiſfactõis vel filius ille ingrediatur religionẽ aut ꝑgat in regionẽ longinquã vt nõ ꝑcipiat bona heredũ ad ſe non ſpectantia. Et ſi dicta re uelatio fieri non poteſt aut mu lieri non credatur faciat muli/ er id quod poteſt ad ſatiſfacien dum dolens de peccato ſuo. Et ſi non poteſt plene ſatiſfacere ꝓ9 ponat firmiter in animo ꝙ ſatiſ faciet q̃cito poterit ꝛ ſic erit in bono ſtatu. xxij.q.v. capitulo Hoc videtur. ꝛ de pe. ꝛ re. ca/ pitulo officij. Ubi ponitur ta lis caſus. Fili9 aũt ſpuri9 vł ſup poſit9 nõ teneť de leui mři crede re cum ſint mlťe fallacie mulie rũ.niſi eſſet tanta honeſtas feie ꝛ probabiles circũſtantie ꝙ cre dere deberet. ¶ Tertij qui fur/ tum cõmittunt ſunt deceptoreſ ꝛ fraudãtes.ꝛ ſic diſciplinis cu iuſcunqꝫ artificis ſi abſtulit vel ð pecunijs vł de ipſis reb9 vena lib9 ſui magiſtri vł ſi emẽs ali/

quid p ſuo magiſtro dixit plꝰ expendiſſe ꝗ̄ fecerit accipiēs ſibi reſiduū pecunie furtū commiſit. Jtē quilibet gerens negocia alterius. vt tutor. curator. pcurator. ꝛ huiuſmodi fingentes ſe plus expēdiſſe i emēdo vel minus recepiſſe ꝗ̄ receperit in vendēdo vel aliaſ doloſe dānificās fur ē Jtē qui h₃ ſocietatē cū altero de lucro alicuius negocij ſi ſufficiēter ſm pacta inita ꝛ iuſticiā ſibi non reſpondit de parte illi contingente. ſed illa ſibi retinēdo furtū cōmittit. Sic etiā agricola partionalis fur eſt: ſi nō fideliter ꝛ integre rn̄det ſuo patrono. Stipēdiarius inſup etia₃ in bello iuſto ſi pullos vel alia comeſtibilia abſtulit ab hominibus p quibꝫ pugnat vel blada collegit p eq̄s paſcēdis vel aliter dānificauit tenef ad reſtitutionē. nec excuſaf ſi hoc faciat ex pcepto dn̄i ſui. Serui ꝛ ancille accipiētes de boniſ dominoꝝ ſuoꝝ ſine ſcitu eoꝝ furtū cōmittūt. Sartores adhuc pannū occulte capiētes fures ſunt ꝛ mortaliter peccāt ꝛ tenenf ad reſtitutionē. ¶ Quarti qui furtū cōmittūt ſūt vtentes re cōmodata ad aliquem certū vſum ad aliū vſū contra voluntatē dn̄i. Puta qꝛ equꝰ cōmodatus ē vt iret in villa₃ ꝛ ipſe duxit in bellū. Taliſ furtū cōmittit niſi forte rōne amicitie poneret ſpem in ratihabitione. Et tenef talis ad reſtitutionē ſi res pijt vel deterioraf. ff. cōmodati. l. ſi vt certo. ¶ Scdm̄ fro Hoſti. cōmodatū eſt alicuius rei ad aliquem ſpālem vſū gratuita facta cōceſſio. Similiter cōmittif furtū in depoſito. Cū em̄ q̄s depoſito ſibi facto vſus ē vel retinuit ſibi vel ꝯceſſit ad vſū furtu₃ cōmiſit niſi hoc egerit cū volūtate deponētis: Si q̄s etiam vſus ē pignore accepto vn̄ habuit emolumentū tꝑale ſi hoc eget contra volūtatē pignorātis cōmiſit furtū. ſi ex voluntate eius cōmiſit vſuram niſi forte eſſet talis res cuius vſus ſine pcio ꝯcedi ſolet inter amicos ſicut cōmodatio libri. Et in vtroqꝫ caſu tenef ad reſtitutionē vel reſtituendū pciū illius vſus ſm Tho. ij. ij. q. lxxiij. ¶ Quinti qui furtū cōmittūt ſunt qui res inuētas ſibi retinēt quas retinere nō pn̄t. Vn̄ Hierony. xiiij. q. v. c. Multi. Sciant hoc vitiū ſimile eē rapine ſi q̄s inuenta nō reddiderit. Et augꝰ eadē cauſa ꝛ. q. c. ſi quid. Si quid iueniſti ꝛ nō reddidiſti rapuiſti. Ad idē facit. ff. de furtis. lex falſus. Aduertendū tn̄ ſm Richar. i. iiij.

z Tho. q res inuēte aut de ꝓpinquo fuerūt in bonis alicuius nec habent pro derelictis. aut nunq̄ vel nō de ꝓpinquo. ſed ab antiquo vt theſauri. ſi pmo modo qui res inuentas accepit z ſibiipſi retinet mortaliter peccat ſi eſt quid notabilis valoris. z tenet ad reſtitutionē ei cui⁹ ē. q ſi neſcit cuius ſit: faciat publice denūciari in eccleſia. Et ſi nec iſto mō repiret cuius eſſent debēt pauperib⁹ erogari. niſi ipſe inuentor eēt multū paup. qz tūc poſſet cū licentia epī vel ꝯfeſſoris ſui ſibi retinere qn̄ nō iueniret patronus. Sed ſi res inuenta nō fuiſſet in bonis alicui⁹ aliqn̄ ſicut lapilli z gēme que iueniunt in littore maris z nō domeſtice aues z piſces talia occupanti conceduntur. Inſti. de reꝝ diui. §. fere. §. z quidē. Et eadē rō eſt: de theſauris antiq̄tus ſup terra occultatis quoꝝ non eſt aliq̄s poſſeſſor niſi qd̄ ſm leges ciuiles tenet qui iuenit dare medietatē dn̄o agri ſi in alieno agro inuenerit. In agro ꝓ ſuo ē inuentoris. Sz de ꝯſuetudine vbicūq̄ inuentus ē pncipis ſm Petꝝ de paludem in. iiij. Hoſti. aūt in ſumma dicit. q ſi theſaur⁹ inuenit in alieno agro data opa eſt inuentoris. Sed ſi nō data opa medietas debet dn̄o fundi. Inſtituta de reꝝ diui. §. Item ea §. Theſaurus. z. §. Itē lapilli z. C. de theſauris. l. i. Res autem que iaciunt in mari ad alleuiandū nauim ꝓpter piculū vite nō hn̄tur ꝓ derelictis vn̄ reſtitui debēt ſi ſcitur patron⁹ vel paupibus erogari ſi neſcit. Quibuſcūq̄ modis igit furtū cōmittit graue ē pctm̄ ipediens iter ſupne vite. ad quaꝫ nos perducat ieſus dei filius qui viuit z regnat in ſecula ſeculoꝝ amen

¶ Feria q̄nta poſt dn̄icam de paſſione De auaricia iudicuꝫ. Sermo quadrageſimus.

Ecce iudicaſti. verba ſunt redēptoris noſtri originaliter Luce. vij. c. z in euāgelio hodierno. Dicientes auꝫ iudices auari iuſticiam ſuppeditant falſiſq̄ iudicijs inferūt ſuis pximis crudeliſſima dāna. Poſſumus iam dicere illud Hiere. v. ca. Circuite vias hieruſalē z aſpicite z conſiderate z q̄rite in plateis eius an ieniatis virū faciētē iudiciū z querentē fidē. Rariſſimi quippe ſūt qui in iudicando ꝓpter pecuniā nō deficiāt. Et q̄uis apud vulgares iudices dicātur doctores iuris. tn̄ ꝓprie loq̄ndo tales dici debēt

iuris p̄iti. ſꝫ iudices ſūt q̄cūq̄ꝫ
hn̄t i aliq̄ mat̄ia iudicare ciuili
vel crīali ſiue ſint ordiarij ſiue
ſubdelegati. ſiue arbitri. ſiue di
canꝭ dn̄i. ſiue ptāres ꝛ capita/
nei. ſiue p̄ores. ſiue officiales.
ſiue ꝯſules alicuiꝰ artis. ſiue re
ctores vniuerſitatis ꝛ hꝰmōi.
vn̄. xxiij. q. ij. c. Juſtū. Jſidorꝰ
ait. Judex dr̄ qꝛ ius dicat po/
pulo ſiue ꝙ de iure diſceptet.
Jure aūt diſceptare ē iuſte iu/
dicare. Vn̄ dn̄s Deutero. xvi
c. dixit. Judices ꝛ magiſtros
ꝯſtituēs in oībꝫ portis tuis: vt
iudicēt p̄plm iuſto iudicio Nō
fit aūt ſic. qꝛ vt Jſidorꝰ ait. xi.
q. iij. ca. Paup. Pauper dum
non habet quid offerat nō ſo/
lū audiri contemnitur. ſed reꝰ
probaꝭ. Cito violaꝭ auro iuſti
cia. nullāq̄ꝫ reus ptimeſcit cul
pā quā nūmis redūnere exiſti
mat. ¶ Propterea in p̄nti ſmo
ne de auaritia iudicū dicemꝰ.
Jn quo de ipſis iudicibꝫ tria
myſteria p̄ponimꝰ declarāda.
¶ Primū dr̄ congruitatis.
¶ Scd̄m qualitatis.
¶ Tertiū culpabilitatis.
¶ Qd̄ congrue hō iudicat ho/
minē etiā ſupior malus. ꝛ qd̄
iudex nō pōt ſimul eē iudex ac
cuſator ꝛ teſtis. Ca. p̄mū.
Rimū myſteriū dicit
cōgruitatis. Jn q̄ tria
dubia erūt ſoluenda.

¶ Primū vtꝝ ſit ꝯueniēs ꝙ hō
ſit iudex hoīs. ¶ Scd̄m vtrū
ſit ꝯueniēs ꝙ ſupior malus iu
dicet. ¶ Tertiū vtꝝ ſit cōueni
enſ ꝙ iudex ſit ſimul accuſator
ꝛ teſtis. ¶ Ad p̄mū dubiū di/
cunt q̄dā ꝙ non ē conueniens
ꝙ hō ſit iudex hoīs. Naꝫ. i. ad
Corinth. iiij. c. apoſtolus ait.
Nolite ante tp̄s iudicare quo
aduſq̄ꝫ veniat dn̄s. Et ad ro.
xiiij. c. Tu q̄ es q̄ iudicas alie
nū ſeruū. Et Matth. vij. ca.
Nolite iudicare ꝛ nō iudicabi
mini. ¶ Sed tn̄ ꝯ͂riū inuenit i
ſacra ſcriptura. nā Deutero. i.
c. Dixit filijs iſrael moyſes ex
volūtate dei de his quos p̄fe/
cerat iudices. Audite illos: et
qd̄ iuſtū ē iudicate. Et Jſa. i.
c. ſcribiꝭ. Querite iudiciū ſub
uenite opp̄ſſo. iudicate pupil/
lo. defendite viduaꝫ. ¶ Et ad
Ro. xiij. c. dr̄ de iudice. Nō ſi
ne cauſa gladiū portat. miſter
eīn dei ē. ¶ Rn̄det g̃alex. i. iij.
ſūme allegādo auguſtinuꝫ i li.
de pn̄ia. ꝛ glo. in ep̄la ad Co/
rinth. ꝙ duplex eſt iudicium.
Primū p̄ticulare inordinatuꝫ
ꝛ vſurpatū ac temerarium de
quo diximꝰ i quadrageſimali
de penitentia. ꝛ de hoc loquūt
tur auctoritates p̄mo allegate
Secundū ē iudiciū ordinatū
ꝛ publicū inſtitutum ab ipſo
deo ad punitionē iniquoꝝ. et

ad declarationē dubioꝝ pro
pacifico cōuictu hominū. ⁊ de
hoc Deutero. i. c. Moyſes di
xit. Conſtitui ex tribubus ve/
ſtris ṗncipes ⁊ tribunos ⁊ cen
turiones q̇ populū iudicarēt.
Eſt tñ ſepe h̄ iuditiū publicū
iniquū. Dū laici p̄ſumūt cleri
cū iudicare ⁊ p̄latus non ſub/
ditū ſuū. Unde in figurā dñs
p̄cepit ꝙ trāſiēs ꝑ alienū agꝛꝫ
nō mitteret falcē in meſſeꝫ alie
nā. ſ. falcē iudicij in non ſubdi
tos vt exponit Grego. vi. q. iij
c. Scriptū. ¶ Scdm dubiuꝫ
fuit. vtꝝ ſit ꝯueniēs ꝙ ſuperi/
oꝛ malus iudicet. Et poſſꝫ ar
gui ꝙ nō. nam apl's ad Ro. ij
c: In quo aliū iudicas teipſuꝫ
condēnas. i. condēnabilē oſtē
dis. ⁊ Ambro. iij. q. vij. c. Iu/
dicet. Iudicet ille de alterius
erroꝛe q̇ non hꝫ quod in ſeipſo
condēnet. Iudicet ille qui nō
agit eadeꝫ que in alio nouerit
puniēda ne cū de alio iudicat
in ſe ferat ſniam. Et grego. iij.
q. vij. c. Qui ſine peccato. Di
cit de iudicib9. Reuocētur ad
conſcientiā vt ṗus ꝓpꝛia coꝛ/
rigant ⁊ tunc aliena repꝛehen
dant. Ad idē facit. c. poſtula/
tus. ij. c. In grauib9. ſup̄dicta
cauſa ⁊ q̄ōne. ¶ Sed in con/
trariū ſūt exēpla manifeſta nā
ſaul cum eſſet a dño repꝛoba/
tus populū iudicabat. ⁊ ei9 iu

diciū vniuerſus populus ex/
petebat. Nec dauid voluit eū
occidere in ſpelūca dicens. ꝓ/
picius ſit mihi dñs vt non ex
tendam manū meā in xp̄m do
mini. i. regū. xxiiij. c. Dauid ve
ro cū eēt adulter ⁊ homicida
īterrogat9 a ꝓpheta ſentētiā
in diuitē dedit qui ouē paupe
ris rapuit dicēs Iudiciū moꝛ
tis ē viro huic. Quem reddet
in quadruplū. Inſuꝑ ſalomō
cū idola coleret amoꝛe mulie
rum infatuatus. tñ vniuerſus
iſrael ad eius iudiciū confiue/
bat. ꝓbanꝰ iſta. viij. q. i. c. Au
dacter. ⁊. ij. q. vij. c. ſic de his.
¶ Rñdet itaqꝫ Alex. vbi ṡ. ꝙ
ē iudicare de officio ꝓ̄tātis: ⁊
h̄ mō mali p̄ñt iudicare ſubdi
tos. ⁊ ē iudicare de merito po
teſtatis. ⁊ h̄ mō iudicāt boni
Dū ĝ mali ab eccleſia tolerāꝰ
eoꝝ iudiciū ſubterfugere nō eſt
licitū ⁊ obtꝑare eſt ꝓ̄icuū. Iu
dex aūt q̇ mal9 ē p̄cipue noto
rius alios ſcādalizat. Non tñ
dꝫ crimīa dimittere ip̄ūita ſm
Tho. ij. ij. q. xxxiij. ſꝫ ꝓponere
emēdationē in ſe ⁊ cū hūilita/
te ꝯdēnare ⁊ ñ peccabit ¶ Ter
tiū dubiū fuit vtꝝ ſit ꝯueniēs
ꝙ iudex ſimul ſit accuſatoꝛ ⁊ te
ſtis. Et videꝰ ꝙ ſic. nā daniel'
xiij. c. hēꝰ ꝙ daniel fuit accuſa
toꝛ iniq̄tatis ſenioꝝ ⁊ iudex eo
rūdē. ⁊ Hiere. xxix. c. Dñs ait

Ego ſum iudex ⁊ teſtis. ¶ Sʒ in ↄtrari ū eſt text⁹. iiij. q. iiij. c. Null⁹. vbi dicitur. Null⁹ vnq̄ ꝑſumat accuſator ſimul eſſe iudex ⁊ teſtis. qm̄ i omni iudicio quatuor ſemꝑ ꝑſōas eſſe neceſſe ē. Id eſt iudices electos accuſatores ydoneos. ac defenſores ↄgruos. ⁊ teſtes legitimos. Iudices aūt debēt vti equitate. teſtes veritate. accuſatores intētione ad amplificandū cāʒ defenſores ad minuendā cauſaʒ. Rn̄det Alexā. ꝙ iudex ē ꝑſōa media inter accuſatorem vl' reum ⁊ defenſoreʒ ⁊ nullā partē debet declinare. Sil'r nec ꝑſonā teſtis poteſt aſſumere ne habeatur ſuſpectus de impoſitione culpe cū ad ip̄m ꝑtineat ſententia inferende pene. ¶ Ad illō qđ obiiciebatur de daniele dicēdū ꝙ in illo facto gerebat ꝑſonā diuinā ⁊ hūanā. Primā in accuſando vn̄ ibi dicit̄ ꝙ ſuſcitauit deus ſpm̄ pueri iunioris Humanā vero ꝑſonā gerebat in iudicādo. qꝛ ↄuicit eos daniel ex ore ipſoꝝ falſum dixiſſe teſtimoniū. Ideo q̄ inſpiratione dei facta ſunt nō ſunt trahenda in ↄſequentiā. ¶ Ad aliud vero qđ inducebatur de deo dicit Alexāder ꝙ deus iudicans non pōt a iuſticia declinare. hō aūt ſic. Ideo alia rō eſt de iudicio dei ⁊ alia de iudicio homis

¶ Qꝛ ergo ordinatū iudicium ad hoc vt iudex recte iudicet requirit vltra ip̄m actorē ſiue accuſatorē reū ⁊ teſtes. Ideo de his aliqua ſunt vidēda Et primo ſciendū eſt de accuſatore. qꝛ vt dicit Ambro. ij. q. i. c. de manifeſta. Iudicis non eſt ſine accuſatore dānare. Et hoc niſi crimen ſit notoriū. Euidentia eniʒ patrati ſceleris clamore n̄ indiget accuſatoris. vt dicit̄ in ꝑdicto ca. Manifeſta. ⁊ extra de ac. in. c. Euidētia. Fama ei publica frequēs ⁊ clamoſa cōtra aliquē ſubditū obtiet vim accuſatōis. vt đr. in glo. in. c. i. de offi. ordi. extra de accuſa. ca. Qualr ⁊ qn̄. extra de ſimo. ca. Licet heli. ⁊. xi. q. iij. c. ꝑcipue. Sed qꝛ is q̄ vocat aliqueʒ ad iudiciū querelā ponit aliquando de cā criminali, ſeu crimine Aliqn̄ de ciuili ſeu de reb⁹ temporalib⁹. In criminali dicit̄ accuſator. In ciuili ↄſueuit dici actor q̄uis etiā in crimiali dicatur actor. ¶ Tripliciter autē ↄtingit talē peccare. ¶ Primo calūnioſe agēdo. ſ. imponendo alicui falſum crimē ex malicia vel petēdo aliq̄ bona tanq̄ ſibi debita qꝛ nouit ꝑ ſe vel ex conſilio peritoꝝ ſibi nō deberi. Et talis i vtroq̄ caſu peccat mortal'r agēs ↄ caritatē ꝓximi et ↄ iuſticiā. Et de oi dāno inde ſe

cuto tenetur leſo mō ſibi poſſi/
bili.xiiij.q.v.c. Nō ſane.in fi.
Qz ſi dānificat in bonis tpali/
bꝫ dꝫ illa reſtituere Si tamē fa
ma vel pſona.qz accuſatus de
crimine iniuſte. ꝛ ꝯuictus falſo
infamat de facto ꝛ occiditur vl'
mutilatur. vel alias leditur in
pſona dꝫ ſibi ſatiſfacere ad ar/
bitriū boni viri. Nō tñ tenetur
ſe manifeſtare poſt factū ſi inde
piclm vite imineret. ſꝫ ſi ē in p/
ceſſu cauſe dꝫ dimittere ꝛ nō p
ſequi ¶ Scdo peccat actor ioꝛ/
dinate deſiſtēdo a proſecutione
cāe inchoate. ſ. priuaricando. i.
aliā ptē vicꝫ accuſatū adiuuan
do colludēdo cū eo. vel non in
ducēdo legitias probatōes qs
hꝫ ꝯ eū. ꝛ acceptando falſas ex
cuſatōes rei. Qd hꝫ locū i cri/
minibꝫ. Aut etiam ex toto deſi
ſtit a debita proſecutōe cāe ſine
debito ordine iuris. qd dicitur
tergiuerſari. ꝛ hoc facit corru/
ptus pecunias a reo ꝛ amicis
ei⁹. Aut pcibꝫ eoꝝ induct⁹ Et
tūc peccat mortalr. qz facit con
tra rēpublicā cui⁹ bonū procu
ratur p punitionē criminū qd
ille ipedit ſm tho. ij.ij.q.lxviij
In cā aūt ciuili ſeu vbi agitur
de tpalibꝫ. qz ibi nō intēdit niſi
indēnitas actoris. Et quilibꝫ
renūciare pōt iuri ſuo. vij.q.i.c
Quaꝫ periculoſum. Jō abſqꝫ
pctō pōt deſiſtere a proſecutiōe
cauſe ſue ſiue ꝯcordādo cuꝫ reo
ſiue ad vitandū expēſas ꝛ gua
mina litigioꝝ. ¶ Tertio actor
offendit reū etiā ſi habeat iuſtā
cām ciuilē vel criminalē cū per
indebita media cām proſequit
vtēdo mēdacijs in iudicio vel
falſis inſtrumētis ꝛ teſtibꝫ ꝛ p
batōibꝫ alijs ne amittat iuſtaꝫ
cām qd etiā mortale ē ſm tho.
ij.ij.q.lxxviij. vñ nullo mō licꝫ
xxij.q.ij.c. Faciat. Verꝫ ſi inde
obtinet victoriā cauſe ex q̇ cer/
tus ē de ſua iuſticia nō tenetur
ad ſatiſfactionē alteri pti. nec
etiā in expēſis placiti cū ille iiu
ſte vexauerit eū. Si autē actor
in cauſa ciuili extiat ſe ius hr̄e
qz ꝛ ſic ſibi dicit ab aduocatꝭ ꝛ
peritis vel etiā dubitat de iure
ſuo nec in proceſſu cauſe cogno
ſcit contrarium etiam ſi cām
habet iniuſtam nō peccat pla/
citando qꝫuis meli⁹ faceret cō/
cordando vel dimittendo. Et
ſi obtinet victoriā cauſe non te
netur ſatiſfacere dum hoc igno
rat. qz probabilis ignorātia ex
excuſat eum. di.xxxvij. §.finali.
Sed ſi poſtea certificat dē erro
re ſuo tunc tenetur ad reſtitu/
tionem bonoꝝ illoꝝ. ꝛ hoc niſi
iam bona fide pſcripſerit. extra
de preſcriptōibꝫ p totū. Jn cau
ſa aūt criminali niſi ſit pene cer
tus de crimine ꝛ poſſet legitie
probare nō excuſaretur a pecca

ro mortali accuſando. qꝛ expo/
nit ſe periculo magno ſui vel ꝓ
ximi ſine cauſa ſufficienti. Itē
nota ſecūduꝫ Anthoniū de bu
trio ſuꝑ capitulū quod pleriqꝫ
De imunitate eccie. Quod cū
quis ſine actor' ſiue reus aliq̄ te
net ex iniuſta ſnia data ꝓ eo a iu/
dice q̄uis lex poſitiua ei aſſi/
ſtat. Tn̄ qꝛ lex naturalis reſi/
ſtit. qꝛ nō dꝫ q̄s locupletari cuꝫ
alterius iactura vel dāno. vt in
c. Locupletari. de reg. iu. in. vi.
Ideo tenet̄ talis reſtituere ſic
habita etiā ſi nō procuratione
illi⁹ obtinēt̄ ſꝫ ſola iudic̄ igno
rātia obtinuiſſet ⁊ ille q̄ ſuccu/
buit nō appellaſſet q̄ſi videat̄ il
le acquieuiſſe ex q̄ a ſnīa nō ap
pellauit leſus. qꝛ talis nō eſt ve
rus ſed p̄ſumptus ꝯſenſus. vt
notat̄ de ſnia ⁊ re iudicata. qḋ
nō ſufficit in foro cōſciētie. Qḋ
intelligendū videt̄ qn̄ talis ſuf/
ficiēter nouit ſniam iniuſtā fu/
iſſe datā pro ſe ſiue tūc ſiue poſt
ea. ¶ Scḋo ſciendū de reo qui
ſcꝫ accuſatur ſeu impetitur ſu
per aliq̄ re ſiue iuſte ſiue iniuſte
q̄ pōt peccare mortal'r ⁊ h̄ tri/
pliciter. ¶ Primo dicēdo falſi/
tatē vel tacēdo veritatē. vt cuꝫ
iudex exquirit ab eo ꝟitatē ſm
ordinē iuris. ſiue in cā ciuili vt
cū interrogat ſi pecuniā mutuo
accepit a'b actore. vel ſi nō reſti
tuit mutuataꝫ ſciēs ſe recepiſſe

hoc negat vel reſtitutā aſſerit:
Siue in cā criminali cū accu/
ſatur ei ſunt ſemiprobationes
vl' cū infamia exorta erga aliq̄
fit inquiſitio ſuꝑ hoc etiā in ca
ſu mortiſ negat ſe ꝯmiſiſſe ma
leficiū ꝑpetratū peccat morta/
liter talis. Rō ſm tho. ij. ij. q.
lxix. qꝛ facit ꝯ debituꝫ iuſticie.
ad quā pertinet vt q̄s obediat
ſuo ſuꝑiori in his ad q̄ ius ſue
ſuꝑioritatis ſe extēdit: Supe/
rior aūt ē iudex reſpectu ei⁹ qui
iudicatur. Et ideo ex debito te
netur accuſatus iudici expone
re veritatē quā ab eo ſcḋm for
mā iuris exigit. Si aūt nō eēt
legitim⁹ iudex. puta qꝛ habet
dn̄ium vſurpatū cū nō ſit ſuꝑi
or ei⁹ nō videtur facere contra
iuſticiā ſi nō obediat ei in dicē/
do veritatē. peccat tn̄ dicendo
mendaciū ⁊ mortal'r ſi ꝑiurat
vel inde nocumentū notabile
proximo infert. Similiter eti/
am ſi eſſet legitim⁹ iudex. ⁊ nō
inquireret ſm formā iuris Pu
ta impetitus ḋ debito pecunie
ſine aliqua infamia exorta vel
accuſatōe inquirit̄ de hōicidio
vel furto. Tūc nō tenet̄ rn̄dere
ſed pōt ꝑ appellationē vl' aliter
ſubterfugere iudiciū ei⁹ non tn̄
debet mendaciū dicere. Accu/
ſatus aūt vel inquiſitus iuridi
ce de vno maleficio ⁊ cōuictus
poteſt inquiri ⁊ de alijs ⁊ tenet̄

veritatē dicere ſm petrū de pa-
lude in .iiij. ¶ Scđo reus poteſt
peccare mortaliter calumnioſe
ſe defendendo. Nā iſto mō etiā
ſi haberet iuſtā cauſam pecca-
ret. Sed vt inquit tho. ij.ij.q.
lxix. Aliud eſt veritatē tacere
Aliud falſitatem proponere
¶ Primū in aliquo caſu licet.
Non enim quis tenetur omnē
veritatē dicere. ſed illā quaꝫ ab
eo poteſt et debet iudex exigere
ſm iuris ordinem puta cū pre
ceſſit infamia ſuper aliquo cri-
mine vel aliqua indicia appa-
ruerunt. vel cum proceſſit pro-
batio ſemiplena. ¶ Scđm au
tem .ſ. falſitatem proponere nl'-
lomodo licet. Ad id autez qđ
licitū eſt poteſt qs ꝓcedere vł ꝑ
vias licitas ꝛ propoſito fini cō
gruas quod pertinet ad prudē
tiam vel per vias illicitas et ꝓ-
poſito fini congruas quod ꝑti
net ad aſtuciā q̄ fit ꝑ fraudem
ꝛ dolum. Et primū quidē lau-
dabile ſm vero vicioſum. Reo
igitur licet ſe defendere occultā
do veritatē quā confiteri nō te
netur ꝑ aliquos conuenientes
modos. puta ꝙ nō reſpondeat
ad que reſpondere non tenetur
ꝛ hoc non eſt calumnioſe ſe de-
fendere ſed prudenter euadere.
Non aūt licet vel falſitatem di
cere vel veritatē tacere quā di-
cere tenetur. nec aliquā fraudeꝫ
adhibere. quia fraus ꝛ dolus
vim habent mēdacij quod eſt
calumnioſe ſe defendere. Ter-
tio peccat reus per appellatio-
nem iniuſtam videlicet cū qs
appellat a ſentētia cauſa afferē
de more ne contra eū iuſta ſen-
tentia feratur. Talis eniꝫ pec-
cat qꝛ agit contra iuſticiaꝫ. qꝛ
officium iudicis impedit ꝛ ad
uerſarium ſuū ledit vt .x. ei dicit'
in glo. in .c. Ad noſtram. extra
de appel. Appellatio non ē in-
uenta vt ſit iniquitatis vincu-
lum ſed oppreſſorum leuamen
Idem extra eodē. ca. Cū ſpā
li. §. Porro. Quare iniuſte ap
pellans tenetur ad ſatiſfacien-
dum de dānis ꝛ expēſis. ſecus
ſi credit ſe habere iuſtam cām.
Itē ſm tho. cōdēnato ad mor-
tē ſi iuſte hoc ſit nō licet ſe defē-
dere ꝑ violentiā nō tñ tenet' fa-
cere vnde ſequatur ei mors pu
ta manere in loco carceris ſi in
uenit aptum vel non comedere
condemnato ad mortem per fa
men ſi cibus ei occulte offerat'.
Sed condemnato iniuſte ad
mortem licet reſiſtere condem
nanti iudici ſicut ꝛ latronibus
ꝛ ſe defendere niſi forte propter
ſcandalum vitandum cum ex
hoc aliqua grauis turbatio tie
ret. hec tho. ¶ Tertio ſciendū
de teſte qui concurrit i iudicio
ꝙ hic tripliciter poteſt peccare.

¶ Primo dicendo falſitatem ſciēter. ⁊ talis peccat mortalit̃ ſm Tho. ij. ij. q. lxx. Cū q₂ facit ꝯ ꝓximū. vnde exodi. x. ca. d₂. Nō loqueris ꝯ ꝓximū falſū teſtimoniū. Cū q₂ piurat. nā nō credit̃ teſti niſi iuret. Extra de iureiuran. c. Aug. Et iurare debet ſm Ray. ⁊ Hoſti. ꝙ dicet totā veritatē quā nouit d re illa. iij. q. ix. c. Hortamur. ⁊ ꝙ nō admiſceat aliqđ falſuꝫ nec aliqđ de ſuo adijciet. iij. q. ix. c. Pura. Quare teſtificādo falſū tenet̃ ad reſtōnē dāni que exinde ꝓximus incurrit ꝑpter ei⁹ teſtimoniū ¶ Scđo peccat teſtis cū id qđ eſt ſibi dubiuꝫ aſſerrit ſibi certū. q₂ exponit ſe ꝑiculo ꝑcti ⁊ dānificatiōis ꝓximi cū poſſit eē ꝯtrū eius quod ipſe dicit ⁊ etiā piurat cū iuret ſe ſcire illud qđ neſcit. nam nō admitteret̃ ei⁹ teſtimoniū niſi diceret ſe ſcire. Quinimo ſolent teſtes interrogari quomodo ſolent teſtes interrogari ꝙ modo ⁊ vñ ſciāt. Et ſi interrogati nō dicant de cauſa ſciētie nō valet teſtimoniū. iiij. q. iiij. §. Sola. ⁊ in auten. de teſtib⁹. Et lꝫ debet ꝗ teſtis certū ꝓ certo aſſerere ⁊ dubiū ꝓ dubio referre. ¶ Tertio peccat teſtis cū pecuniā accipit ꝓ teſtimoīo ꝟitatis. Nō eñ lꝫ teſti vendere verꝫ teſtimoniū. xiiij. q. v. c. nō ſane. Multomagis peccat teſtis cū accepit pecuniā ad falſitatē dicendā vel occultandā ꝟitatē. Pōt tñ teſtis accipe expenſas. tñ ab eo qui eū ꝓducit puta ſi ex teſtimonio ferēdo dietā facit vel etiā operā ſuam ⁊ lucꝝ dimittit. iiij. q. v. c. Uenturis. Accipiēdo aūt pecuniā ꝓ teſtimonio reſtituat ei a quo accepit. niſi ille dediſſet ad corrumpendū teſtē. nā tūc debet ei dari in cui⁹ iniuriā accepit: vl̾ paupib⁹ erogari.

¶ Qđ iudex debet eē idoneus ⁊ grauis in ferendis ſententijs ac ꝟitatis defenſor. Cap. ij.

Ecundū myſteriū declarandū de iudicib⁹ d₂ qualitatis. ſm eniꝫ alexandꝝ vbi ſ. tres precipue ꝯditiōes reqrunt̃ in iudicib⁹.

¶ Prima d₂ idoneitas.

¶ Scđa grauitas.

¶ Tertia veritas.

¶ Prima ꝯditio d₂ idoneitas vt. ſ. iudex ſit ad iudicandum idoneus. Nā quedā ꝑſone nō ſunt idonee ad hñdā auctoritatē iudiciariā. aut rōne ſexus vt mulier. aut rōne ꝯditionis fortune vt ſeruus. aut ꝑpter impedimentū ꝑmanēs vt ſurd⁹ ⁊ mutus. aut ꝑpter impedimētū ꝑmanēs ⁊ ꝯtingēs vt ꝑpetuo furioſus. aut ꝑpter impedimentuꝫ tranſiens vt minor

etate.aut ꝓpter crimē erroris vt hereticus.aut ꝓpter ſcāda lū conuerſationis vt infames aut ꝓpter contagiū cōmunio nis vt excōmunicati. ¶ Sed aliqui obijciunt.¶ Primo qđ minor etate poſſit eſſe iudex. Naz Hieremias adhuc puer ꝯſtitutus ē iudex. vnđ đr Hie remie.i.c. Poſtq̄ dixit. Puer ego ſum. vt in.c. Niſi cū pdez. extra de renū. q̄ deus dixit ei. Conſtitui te ſup gentes et reḡ vt euellas ꝛ deſtruas. Inſup in aliquibꝫ pueris malicia ſup plet etatē. Eadē rōne in aliq̄bus ſcientia p̄uenit etatez. Si ḡ nō ē cauſa quare minor eta te nō debeat eſſe iudex niſi de fectus ſcientie in iudicādo. er go huiuſmodi minores etate pn̄t eſſe iudices.¶ Scđo argu itur q̄ mulieres pn̄t eē iudices Nam Iudicū.v.c.legit̄ q̄ del bora iudicauit populū ēt poſt legē datā a deo. ergo mulieres pōt iudicare Inſup multe mu lieres legunt̄ p̄dite ſpū ꝓphe tico. vt Maria ſoror aaron ꝛ moyſi. Exodi.xv.ca. ꝛ ſibylle Si ergo mulieres p̄ ſpm̄ ꝓphe cie aſſumpte ſūt ad annūcian dū iudicia dina multomagis pn̄t aſſumi ad enunciandum iudicia humana.¶ Reſpōdet alexander ad p̄mū q̄ illud hie remie fuit ex p̄uilegio ſpāli. iō nō eſt trahendū in conſeq̄ntiā Et q̄ in pueris q̄nq̄ malicia vel ſcientia ſupplet etatē illud eſt pticulare nō generale neq̄z vt in pluribꝫ. Et ꝓpterea pue ri nō pn̄t eſſe iudices. vn̄ dixit dn̄s moyſi Numeri.xi.c. Cō grega ſenes populi quoſ tu no ſti q̄ ſenes ſint vt ſuſtētēt tecū onus ꝛ non tu ſolus graueris Hinc xp̄s iudex omniū ad ac tus p̄latiōis nō ꝓceſſit niſi in etate p̄fecta triginta annorꝫ vt hētur Luce.iij.ca.¶ Ad il lud qđ inducit̄ de delbora di cendū cū Ariſto.i.ethi. q̄ vna hirūdo nō facit ver. Ad aliud p̄o de ſpū ꝓphetādi dicendꝫ q̄ gratia ꝓphetādi nō dat au ctoritatē mulieri ſup virū nec mutat legē ſubiectiōis q̄ iure diuino tenet̄ mulier eē ſub viro. Sed auctoritas iudicij daret dn̄ium mulieri ſup vir̄ qđ re pugnat diuine inſtitutiōi. Et vt đr in glo. Iudicū.iiij.c. q̄ mu lieres aſſūpte ſint ad ꝓphan dū p̄ſtat̄ in h̄ ꝯſolatio mulieri ne p̄ infirmitatem deſperet.

¶ Scđa cōditio q̄ reqrit̄ in iu dicibꝫ đr grauitas Debet q̄dē iudex grauis ꝛ matur⁹ eſſe vt nō ita repente maxime in rebꝫ arduis p̄ferat ſn̄ias. Quod nos docuit ipſe de⁹ q̄ facta ſo domitaz noſcebat. ꝛ tn̄ dixit. Deſcendā ꝛ videbo ꝛc̄. Gen̄.

xviij.c.z.ij.q.i.c. De⁹ omnipotens. z de hoc Grego. xi.q.iij.c summope. ait summope cauē dū ē vt rectores eccīe z q̄ publica iudicia exercēt in dictandis sentētijs nulla leuitate vel furore ducti ſint precipites. Et ita moyses querelas populi tabernaculū ingreſſus ad dn̄m referebat vt ꝑm imperiū ei⁹ iudicaret q̄ ꝟba etiā ponūtur. cap̄. i. de sen. z re iudica. li. vi. Sꝫ ꝯ̄ iſta videt̄ eſſe textus extra de ſentē. z re iudi. c. iurgantiū. vbi dicit̄ Iurgantiaꝫ ꝯtrouerſias celeri ſentētia terminare z eq̄tati conuenit rigori. Cōfirmatur hoc ij.q.i.c. ſicut. extra de dolo z cō tumacia. c. venerabilis. Sed glo. in dicto. c. iurgantiū. h̄ ſoluit q̄ licet nō ſit ferenda ſententia an̄q̄ iudex poſſit eſſe inſtructus cū nimia feſtinatōe q2 ipſum opʒtet cūcta rimari. xxx.q. vltima. c. vlti. Tn̄ poſt cauſe aliquidā cognitionē nō eſt ſententia protrahēda in ciuilibꝫ. In criminalibꝫ vero ſecus potiſſimū vbi agitur de morte alicuius rei. xi.q.iij.c. cū apud. Tertio ꝯditio q̄ requirit̄ in iudicibus dicit̄ veritas. Semꝑ eniꝫ iudex veritati fauere debet. Sꝫ circa hoc queritur vtruꝫ iudex poſſit z debeat iudicare ꝯ̄ ꝟitatem ſibi notam ſequendo ꝓpoſita z allegata. Et quidaꝫ dicunt q̄ ſic. vt Alexā. i. iiij. z tho ij.ij.q. lxvij. articulo ſecundo. Roborat̄ aūt iſta opinio. Primo q2 iudex dꝫ iudicare ꝑm illā noticiā quā hꝫ vt iudex non ꝑm eā quā hꝫ vt ꝑſona priuata nec ꝑm eā quā hꝫ i alio foro. extra de offi. iudi. ordi. capl. ſi ſacerdos. Sꝫ iudex hēt vt iudex noticiā ſibi factā ꝑ ꝓpoſita z ꝓbata n̄ illā quā hꝫ vt ꝑſōa priuata q̄relꝫ et imo tenet̄ iudicare ſecūdū ꝓpoſita z ꝓbata. vn̄ Ambro. i. q. vij. c. iudicet. Bon⁹ iudex ſicut audit ita iudicat. Secūdo firmat̄ illa opinio. quia iudex nō dꝫ mutare iudiciū ꝓpt̄ illā noticiā ꝓpt̄ quā nō dꝫ vitare in cōione ſacramētali excōicatū. Sꝫ ꝓpt̄ noticiā quam hꝫ vt priuata ꝑſona non dꝫ vitare excōicatū. vi.q.ij.c. ſi tm̄. c. Placuit. Et. ij.q.i. ca. multi igitur. zc. ¶ Tertio h̄ licitū eſt iudici qd̄ ē lege cautū. Sꝫ in lege determinatū ē ꝯdēnari ad mortē virū innocētē ſi ꝯuict⁹ fuerit teſtimonio duoꝝ vl̄ triū teſtiuꝫ. vt ptꝫ Deutero: xvij. c. Quare iudex q̄ eſt lex aniata poterit talit̄ ꝯuictū ad mortē condemnare. ¶ Quarto ſicut bonū ꝯmune ꝓfertur ꝑticulari tanq̄ meli⁹ et diuini⁹. vt ptꝫ. i. ethicorū. Sic ꝓbatio cōis q̄ fit in forma iudiciꝫ ꝓferēda erit ꝓbatōi ꝑticlari quā hꝫ iudex v: ꝑſona priuata

¶ Alij ꝓ ꝯtrariā opinionē tenent Nā vt ſcribit de regu. iur. in. vi Utilius ſcandalū naſci ꝑmittit ꝗ̄ veritas relinquat. Magis ꝗ̄ inherēdū eſt ꝟitati ꝗ̄ legali iu ſticie. Jō Exodi. xxviij. c. dixit moyſi ietro cognatus ſuus. Pro uide de omī plebe viros poten tes ꝛ timētes deū in qbꝫ ſit veri tas. Et Exodi. xviij. dixit deus moyſi. Pones aūt in rōnali iu dicij doctrinaꝫ ꝛ veritatē. vide Nicolaū de lira. Et tertij heſ dre. iij. c. dixit zorobael. Omis terra veritatē inuocat celū etiaꝫ ipſa bñdicit. ¶ Et girald⁹ odo nis ſup. v. ethicoꝝ. dicit ꝙ ē no ticia multiplex. ſ. ꝓbabilis opi nionis. ꝓ̄ſumptōis vel ſuſpitio nis. Et eſt noticia certitudina lis. puta cū vidit factuꝫ ꝛ audi uit dictū de quo queritur ſcḋm h̄ dicenda ſunt duo. ¶ Primū ꝙ iudex poteſt ꝛ debꝫ iudicare ꝯ̄ illud qḋ ipſe ſuſpicatur preſu mit ꝛ ordinat ſecundū propoſi ta ꝛ allegata. ¶ Scḋm eſt ꝙ iu dici non licet in aliquo caſu iu dicare contra veritatem certitu dinaliter ſibi notam quantum cunq̄ oppoſitum ſit probatuꝫ Primū probatur quia nemo ī actionibus ꝛ iudicijs vti debet ſuo ſenſu. vt extra de conſti. ca. i. Jn ſuſpitionibus autem ꝛ p̄ ſumptionibus quilibet vtitur ſuo ſenſu. ¶ Scḋo probatur. ſ. ꝙ iudex nō debeat iudicare cō tra veritatem certitudinaliter ſibi notam. ¶ Primo auctori tate omnipotētis dei qui expꝛ̄ ſe hanc queſtionem determina re videtur Exodi. xxiij. ca. di cēs. Non ſequaris turbaꝫ ad faciendum malum nec pluri morum acquieſces ſententie in iudicio vt a ꝟitate deuies Cō ſtat enim ꝙ iudex acquieſceret plurimorum ſententie ſi ad mł torum falſorum teſtium ſentē tiam contra veritatem ſibi no tam iudicaret. Et cum hoc a veritate quam nouit contra di uinum imperiuꝫ deuiaret qua re ſimpliciter eſt illicitū. ¶ Se cundo probatur. quia illa que confeſtim nominata conuolu ta ſunt mala. nullo modo cone tingit bene fieri vel recte diri gi. ſed in illis neceſſe eſt ſemper peccare ꝛ nunq̄ recte agere ſe cundum philoſophuꝫ. ij. ethi. c. vi. ꝛ Aug⁹. li. de mendacio. Sꝫ inocētē ꝛ iuſtū ſciēter ꝯdē nare ē ſcḋm ſe malū ꝛ cū malicia cōuolutū quare nullo mō pōt benefieri qualiſcunq̄ ꝓbatō in tercedat. Qḋ aūt iſtḋ ſit ſcḋm ſe malū ꝓbatur. tum qꝛ eſt op⁹ im piū dicente dño Exodi. xxiij. c. Jnnocentē ꝛ iuſtuꝫ nō occides quia aduerſor impiū Quaſi di

cat ꝙ qui facit iſtud eſt im pi⁹.
⁊ ideo aduerſoꝛ ipſum qui ta/
lia facit. tuꝫ qꝛ ē opus veritati
⁊ equitati naturali contrariuꝫ
¶ Tertio ſi lꝫ iudici ꝯdēnare ī
nocenteꝫ conuictum per falſos
teſtes. vel hoc lꝫ amoꝛe dei vel
amoꝛe ſui vel amoꝛe ꝓximi Nō
amoꝛe dei. qꝛ vt ait Beda. xi.
q. iij. c. abiit. Qui veritatis et
caritatis iuſſa ſpernūt. deū vti/
ꝙ q̇ veritas ⁊ caritas ē ꝓdunt.
maxime cū non infirmitate vel
ignoꝛantia peccant. Hoc autē
mō eſt in caſu pꝛopoſito. Item
nō amoꝛe ſui. quia vt dicit. xi.
q. iij. c. nemo. Melius ē pꝛo veri
tate pati ſuꝑpliciū ꝙ pꝛo adu/
latōe habere bñficiū Item nec
amoꝛe pꝛoximi. qꝛ vn⁹ damni/
ficatur tꝑaliter ⁊ alter ſpūaliter
ſ. teſtis falſus Quare iudici ex
nullo bono amoꝛe ſcienter licet
cōdēnare iuſtū ⁊ innocentem.
¶ Quarto cōfirmatur hec pꝛe
poſitio. qꝛ nullū añ iuſtā verā/
ꝙ pꝛobationē iudicare aut dā
nare debem⁹. lxxxvi. di. capi. ſi
quis. xi. q. iij. c. eoꝝ. Sꝫ iudex
ꝯ veritatē ſibi notā nullā ꝓba/
tionē verā habere potuit vt cō
ſtat ſibi. qꝛ nullū veꝝ eſt ꝯ veꝝ
cū oīa vera vero cōſonent. ergo
ꝯ veritatē ſibi notā iudex iudi
care aut dānare nō dꝫ. Dicit ḡ
Giraldus odonis ꝙ dandū eſt
conſilium ſuppoſito ꝙ iudex iu
dicare nō debeat cōtra verita/
tē ſibi notā. in pꝛimis ꝙ cauſaꝫ
taliter inſtitutā nec committat
nec deneget alteri. Cui⁹ rō eſt
quia omne opus malū ſicut eſt
illicitum homini facere ꝑ ſe ita
eſſet facere per alteꝝ. qꝛ vt ſcri/
bitur de reg. iur. in. vi. Qui ꝑ
aliū facit ꝑ ſeipm̄ facere videt.
Debet ergo iudex ſi habet ſu/
perioꝛem remittere cauſam ſu/
perioꝛi cum relatione ꝓpꝛie ſciē
tie ⁊ pꝛobationis oppoſite. Et
ſi non admittatur remiſſio ſed
ipſe cogatur ferre ſententiā ſen
tentiet pꝛo veritate. ſi vero non
habet ſuꝑioꝛem. ſimpliciter ꝓ
veritate pꝛonunciet ⁊ grauiter
puniat falſos teſtes. Nam ſi ꝓ
veritate ſententiet. facit cōtra
oꝛdinē iuſticie. Si contra veri
tatem facit contra rem iuſticie
quod eſt maius inconueniens
Sicut maius eſt peccatum ex
genere ꝙ peccatū ex circūſtan/
tia. ¶ Ad ꝯfirmationē dictoꝝ
facit lex que dicit. ff. de penis. l.
abſentē Satius ē impunitum
relinquere facinus nocentis ꝙ
innocentē cōdennare. Pꝛīceps
etiā qui nō habet ſuperioꝛē dēt
ſimpliciter iudicare pꝛo verita
te certitudinaliter ſibi nota. qm̄
ille qui ē quaſi de⁹ in terris. dēt
ꝙtum pōt ſicut de⁹ iudicare in
terꝭ. De⁹ aūt ſꝑ iudicat ī ꝟitate
pꝛo veritate ¶ Ad argumenta

ꝛ rões prime opinionis dicen/
dũ ad primũ ꝙ iudex dꝫ iudica
re ſm allegata ꝛ probata ſi veꝝ
ꝯcludãt. ¶ Ad illud qđ obijci
tur de excõicato dicit Girald⁹
odonis ꝙ aliud eſt excõicatuꝫ
non vitare. ꝛ aliud innocenteꝫ
ꝯdẽnare. qꝛ illud ẽ contra ius
poſitiuum. iſtud autem contra
ius naturale. E ideo ꝑ ius po/
ſitiuum ſancitũ eſt in illo ca
ſu excõicatum non vitari. ſed ꝑ
nullũ ius ſancitũ ẽ in aliquo ca
ſu innocentẽ dãnare. Et ſi mu
lier rñderi põt ad alia obiecta
Et cũ dicebatur ꝙ damnatio
innocentis propter allegata et
probata per falſos teſtes ẽ bo/
nũ cõe negandũ eſt expſſe. Im
mo eſt malũ cõe conſiſtẽs ĩ im/
piiſſima falſitate. qđ nõ eſt pre
ferendum bono cõſiſtenti in ve
riſſima pietate.

¶ Quod ꝑiculoſa ſunt iudici/
bus mũera q̃ tenẽtur reſtituere
q̃ iniuſte recipiũt. ꝛ quis graui
us peccet an corrũpes iudicem
an iudex corrupt⁹

Capitulum tertium

Ertiũ myſteriũ de/
clarandũ de iudici/
bꝫ dicitur culpabili/
tas. Solẽt q̃ppe iu/
dices auaricie culpa ꝑſepe ſuf/
forari qm̃ corrupti auro iniq̃s
ꝛ iniuſtas ſnĩas proferũt. Ad
qđ pleni⁹ intelligendũ tria ad/
huc dubia diſputemus.

¶ Primũ vtrum iudex poſſit
accipere munera.

¶ Scđm vtꝝ teneant iudices
reſtituere q̃ iniuſte recipiũt.

¶ Tertiũ vtꝝ iudex ferẽs iniu/
ſtã ſnĩam corrupt⁹ pecunia g̃ui
us peccat q̃ꝫ ꝑſona corrũpens.

¶ Ad primũ dubiũ rñdet ſcri/
ptura ꝛ dãnat munerum ſuſce
ptionẽ. vñ Deuterono. xvi. ca.
dicitur Munera excecãt oclos
ſapientũ ꝛ mutãt verba iuſtoꝝ
ꝛ eccle. xx. c. Enxenia ꝛ dõa ex
cecãt oculos iudicũ. Et. i. reg.
viij. c. Acceperunt munera ꝛ fi/
lij ſamuelis. ꝛ ꝑuerterunt iudi
ciũ. ꝛ Iſido. i. li. ſoliloquiorum
ait. Premia ꝛ dona legibꝫ vi/
res tulerũt vbiq̃ꝫ pecunia vin/
cit. vbiq̃ꝫ venale eſt iudicium. ꝛ
claudianus. Merent captiue
polluto iudice leges. ꝛ Ouidi
us. iij. de arte aman. Munera
crede mihi capiũt hoieſq̃ꝫ de/
oſq̃ꝫ. Placatur donis iupit̃ ip̃e
datis. Idem li. đ faſtis. Sepe
iouem vidi cũ iam ſua mittere
vellet. Flumina thure dato ſu/
ſtinuiſſe manũ. ex q̃bꝫ appet ꝙ
munera ſunt ꝑiclo ſa. Rõ qꝛ vt
dicit glo. in. c. ꝛ ſi qõe s extra de
ſimo. Qui dõat aliũ ſibi natu/
raliter obligat. ff. de peti. here. l.
§. ꝯſuluit. ꝛ il/
cui conatur reuerentiã exhibe/
re compellitur donatori. viij. q.

ij.c.illud. Dicit ergo Hoſti.
ꝛ Ray. ꝙ nullus iudex dꝫ ac
cipe pecuniā ꝓ iudicando. tñ
alij ſūt iudices ordinarij ꝛ alij
delegati. Primi cū hēant ſuf⸗
ficiētes redditus ſibi aſſigna⸗
tos: nihil debēt recipe. Quibꝫ
dr̄ Luce.iij.c. Eſtote ꝯtēti ſti
pendijs veſtris. Judices ve⸗
ro delegati pn̄t petere expēſas
moderatas ꝛ nihil vltra a pti
bus. Dicunt tñ aliq̄ ꝙ enxenia
moderata ſpōte oblata pn̄t iu
dices recipe. vt pꝫ di.xviij.ca.
de eulogijs. vbi dicit glo. Eu
logie dicunt̄ munera que defe
runt ſubditi ſuis p̄latis ꝛ ſupi
oribꝫ. ¶ Secundū dubiū fuit
vtꝝ iudices teneant̄ reſtituere
que iniuſte recipiūt. Ad quod
rn̄der alex. ꝙ ſic. ſed diſtinguē
dū eſt. qꝛ aut accepit vt iudica
ret inique. aut vt iudicaret iu
ſte. Si pmo mō nō tenet̄ red⸗
dere ei q̄ dedit cū turpit̄ dede⸗
rit ſꝫ ei in cuius iniuriā recepit
ſicut etiā tenet̄ reſtituere: ꝛ ple⸗
ne ſatiſfacere ei qui leſus ē per
iniquā ſniam. Si ꝟo accepit
vt iudicaret iuſte diſtinguēdū
quia aut dās dedit bona iten
tiōe. ſ. vt ſibi ſuaret iuſ. Aut vt
ꝛ animū iudicis ſibi iclinaret:
ita indirecte ipm corrumpere
intēdebat. Primo mō tenetur
reſtituere ei q̄ dedit. ſcdo mo⸗
do nō ſed paupibꝫ iuxta arbi⸗
triū eccleſie ¶ Tertiū dubium
fuit vtꝝ iudex ferēs iniuſtā ſen
tentiā corruptus pecunia gra⸗
uius peccet q̄ꝫ pſona corrūpēs
Rn̄det Giraldus adonis ſup
v. ethicoꝝ. ꝙ circa hoc pmittē
da ſunt duo. pmū ꝙ humanū
iudiciū puertit̄ quattuor mo⸗
dis vt dicit Grego. xi. q. iij. c.
quattuor. ſ. timore: cupiditate
odio ꝛ amore. Jn pmis duo⸗
bus modis dr̄ iudex corrūpi
a pte vel que cōminat̄ aliquid
terribile vel dat ſeu pmittit ali
qd̄ cōcupiſcibile Jn alijs duo
bus modis iudex nō dicit̄ cor
rūpi ab alio ſed a ſeipſo Et iō
queſtio iſta recipit̄ in pmis du
obus modis. ¶ Secūdo pre⸗
mittēdū ē ꝙ iudex cupiditate
corruptus grauiꝰ peccat q̄ꝫ cor
ruptus metu. ꝛ h̄ ꝓbat̄. Prio
qꝛ duoꝝ peccatoꝝ eiuſdē gene
ris illud quod ē magis volun
tariū ē deteriꝰ. ſed pctm̄ cupi⸗
ditatis ē magis volūtariuꝫ q̄ꝫ
pctm̄ ꝛ opꝰ timoris. ḡ deteriꝰ
¶ Secūdo ꝓbat̄ qꝛ pctm̄ ex in
duſtria ḡuiꝰ ē q̄ꝫ pctm̄ ex infir
mitate. vt ait Jſido. lib. ij. de
ſūmo. bo. ſed pctm̄ ex metu fit
ex infirmitate. pctm̄ ꝟo cupi⸗
ditatis fit ex induſtria q̄re gra
uius ꝛ deteriꝰ. ¶ Nūc ḡ dicen
dū pmo ꝙ iudex timore corru
ptus minꝰ peccat q̄ꝫ pſona ex
timoris pcuſſiōe corrumpens.

¶ Secūdo ꝙ iudex cupidita/
te corruptus plus peccat q̄ꝫ ꝑ/
ſona dono vel ꝓmiſſione cor/
rūpens. ¶ Primū ꝓbatur. q̄a
duoꝝ ad idē opus malū ↄcur
rentiū idē plus peccat cuiꝰ vo
lūtas p̄ualet ⁊ cuiꝰ voluntatē
alter ſequit̃. ſed in iſto caſu vo
lūtas ꝑtis timorē inferētis p̄/
ualet: Et iudex territus volū
tatē ꝑtis ſequit̃ nō ſuā. qm̄ ope
ratio iudicis mixta ē ex volū/
tario ⁊ īuolūtario. Quare iu/
dex minus peccat q̄ꝫ ꝑs corrū
pens. ¶ Secūdo ꝓbat̃. q꞉ qui
peccādo tenet moduꝫ ꝑ quem
pctm̄ mortale iterdū fit venia
le minus peccat q̄ꝫ ille q̄ tenet
modū ꝑ quē ſemꝑ aggrauatur
pctm̄. ſed iudex timore corru/
ptus tenet modū. ſ. timoris ca
dentis in ↄſtantē virū ꝑ queꝫ
pctm̄ mortale īterdū fit venia
le. Modus aūt ꝑtis timoreꝫ
incutientis ſemꝑ pctm̄ aggra/
uat. q꞉ talis modus ē quidam
modus violētie. Et iō q̄ſi ſem
per p̄bet alteri violentū ſcan/
dalū in via iuſticie. Quare ꝑs
illa grauius peccat q̄ꝫ iudex.
Et hec eſt ſententia Auguſti
ni reddentis rationem quare
maius peccatum habuit qui
xp̄m pilato tradidit q̄ꝫ q̄ ſibi
traditū crucifixit. vt dꝫ Jo. xix
c. ¶ Secūdū. ſ. ꝙ plus peccat
iudex cupiditate corruptus q̄ꝫ
ꝑs corrūpens ꝓbat̃. q꞉ duoruꝫ
ad idē pctm̄ concurrentium
ille q̄ ſua volūtate res huma/
nas mores ⁊ leges pōt ſubuer
tere plus peccat q̄ꝫ ille qui nō
pōt quantūcunq̄ꝫ velit. ſed iu
dex ſua mala volūtate pōt hec
omnia euertere cū ipſe huma/
narū rerum moꝝ ⁊ legum vni
uerſaliter omnis iuris ⁊ iuſti
ſit cuſtos. Quare iudex cōtra
tot bona: tot iura: tot iuſta ſi/
bi credita veniens pro pecu/
nia plus peccat q̄ꝫ pars ipſuꝫ
corrumpens quia ſibi ſūt om
nia ad cuſtodiendum tradita
non parti. Aduertant ergo iu
dices ⁊ conent̃ agere recte au/
dientes ſcripturārum monita
ſaluberrima. ¶ Scribitur nā
q̄ꝫ Leuitici. xix. ca. Non facies
quod iniquum eſt nec iniuſte
iudicabis. Et Deuteronomij
xxvij. ca. Maledictus qui per
uertit iudicium aduene pupil
li ⁊ vidue ⁊ dicet omnis popu
lus Amen. Et. Jſaie. iij. cap.
Ve qui iuſtificatis impium ꝓ
muneribꝫ. Sed tpa mala ſunt
in quibꝫ iudices vt in pluribꝰ
peſſimi. Clamāt nāq̄ꝫ ⁊ dolēt
orphani ꝓpter iniq̄tatē iudicū
puerſoꝝ. Merent vidue: de/
flent populi: ⁊ conquerunt̃ in
nocētes opp̄ſſi O iudices aua
ri. O iudices crudeles. Vide
te mala q̄ facitis ⁊ timete terri

bile iudiciū dei. Grauius eq́dē ipſe vos puniet ꝙ̄ cābiſes iudicē illū nequā de quo Ualerius refert li. vi. rubrica d̄ ſeueritate. Cābiſes mali cuiuſdam iudicis e corpore pellem detractā ſelle intēdi. Jn eaqꝫ filiū eius iudicaturꝫ conſidere iuſſit. Ceterꝫ ꝛ rex ꝛ barbarus atroci ac noua pena iudicis ne q̄s poſtea corrūpi iudex poſſet ꝓuidi. At benedictus deus malos iudices dānabit eternis cruciatibꝫ gehēne. a quibꝫ nos liberet ieſus xp̄us fili⁹ dei viui q̄ viuit ꝛ regnat p̱ infinita ſecula ſeculorꝫ. amen.

¶ Feria ſexta poſt dn̄icam in paſſione. De auaricia aduocatorꝫ. Sermo. xli.

illi⁹ ſic iniuſte acquiſitū paupi
bus. xiiij. q. v. c. Qui habet.
¶. Quō artifices ꝛ mercatores
auari peccāt in fraudulentia ꝓ
ximoꝝ multipliciter.

## Capitulum tertium.

Ertiū in quo artifi-
ces ꝛ mercatores pec
care ſolent ē̄ fraudu
lētia reprobata Pro
declaratōe tñ hui⁹ partis notā
da ſunt tria. ¶ Primū notan-
dū ſm tho. ij.ij. q. lv. q̄lz aſtu
tia fraus ꝛ dol⁹ poſſint in acti
bus aliorū pctōrū reperiri cōmu
nius tñ in vicio auaricie circa
acquiſitionē tpaliū cōſueuerūt
exerceri. Aſtutia aūt ꝓprie ē cū
q̄s ad ꝯſequendū aliquē finem
bonū vel malū vtitur nō veris
vijs ſeu medijs ſed ſimulatis et
apparētibus. Hoc aūt eſt pec
catū. q2 ꝯ rōem rectā vnde ꝛ ꝯ
prudentiā. Neq3 etiā ad bonū
finē oportet falſis vijs ꝛ ſimula
tis puenire. ſed reis ꝛ realibus
qđ facit prudētia. Et q2 ſimili
tudinē h3 cū ea in eo. ſc3 q̄ vtit
ad pueniendū ad finē intentū
illis medijs q̄ ꝯcludūt ad ip̄m
Sed prudētia iuſtis ꝛ debitis
medijs vtūtur ad bonū. Aſtu
tia debitis medijs ad malum
finē. Ideo ipſa aſtucia aliquā
do dicit̄ prudentia propter di-
ctā ſimilitudinē. ſ3 improprie.
Sic ergo aſtutia conſiſtit in ex
cogitatōe dictarū viarū ſimula
tarū ad aliquē finē ꝯſequendū
Puta in ꝓpoſito ad decipiēdū
ꝓximū in tpalib⁹. ¶ Scdm no
tandū q̄ dol⁹ eſt executio aſtu
tie ſm tho. vñ ꝯſiſtit in execu-
tione dictarū viarū falſarū que
excogitātur ꝑ aſtuciā ꝛ princi-
paliter fit ꝑ v̄ba ad decipiēdū
q̄buis etiā ad malicias cordis
excogitatas ad decipiendū ex-
tēdatur etiā dolus. Iuxta illđ
Eccli. i. c. Cor tuū plenū ē do
lo. ꝛ ad opa deceptoria ſm illđ
Hieremie. vi. Cūcti faciūt do
lū. fit ergo dolus ꝑ v̄ba ꝛ facta
deceptoria. Fraus autē ꝓprie ꝑ
facta Et ſic hēs dr̄iam int̄ frau
dē ꝛ dolū. Et ſic dicitur fraus
ꝛ dol⁹ nemini debēt patrocina-
ri. extra de reſcriptis. c. ex tenore.
vt fraus inferatur ad facta de-

ceptoria dolus ad verba. Tertiū notandū q̄ fraudulentia ad proximū decipiendū fieri pōt multipliciter.

¶ Primo in rei quidditate.
¶ Scdo in ſui quātitate
¶ Tertio in eius q̄litate.
¶ Quarto in ſoluēdi tarditate
¶ Quinto ī pcij mutabilitate.

¶ Primo fit fraudulētia in rei quidditate ſiue ſubſtātia. vt ſi vēdatur auricalcū p auro. vnꝰ lapis pciosus p altero vinū lim phatū pro vino puro et hmōi. ſm enim tho. ij. ij. q. lxxvij. arti: ij. Illicitū eſt vēdere aurū ⁊ argentū alchimiatū. q2 nō ē adeo pu2 ſicut ve2 nec h3 illas pprietates ⁊ v̄tutes. puta quia non letificat co2 nec valet ꝯ aliq̄s infirmitates ⁊ hmōi. Tñ ſi p alchimiā fieret verū aurū nō eſſ3 illicitū vēdere pro vero. q2 nihil phibet artē vti aliq̄b9 naturalibus cauſis ad pducēdos pos effectus ⁊ naturales. ſic augꝰ. docet ī li. de trininate d̄ his q̄ fiūt opa demonū. ¶ Aduertendū tñ q̄ in his q̄ vacant hmōi exercitio alchimie cōmuniter verificat illud apl'i in. ij. ad thimo. iij. ca. Semp adiſcētes ⁊ nūq̄ ad ſcientiā v̄itatis puenictes. Experientias mltas faciūt ⁊ q̄ſi nunq̄ ad pfectū effectū deueniūt. Multa conſumunt in huiuſmodi ⁊ tempus ⁊ pecunias et laborem ⁊ famam ⁊ ſemper in paupertate viuunt. Aurifices quoq3 fraudem cōmittūt quādo in vaſis argenteis que vendunt non recipitur argentum in tot ligis in quot eſſe deberet: Aromatarij etiam in hoc deficiunt permiſcentes in cera in ſirupis ⁊ medicinis multa ſophiſtica. ¶ Nōnulli adhuc vel falſant monetas vel radunt in circuitu. Pro quibus dic̄ glo. in. c. Quanto. extra d̄ iureiurādo. Qui falſat monetam principis exuritur. C. de falſa moneta. l. ij. Qui falſat monetam ciuitatis capite punitur. C. eodem. l. i. Sed ille qui nūmos radit vel ſcindit ſi liber ē datur ad beſtias ſi ſeruꝰ vltimo ſupplicō punitur. ff. ad. l. cor. d̄ fal. l. quicunq3. Item punitur ille in cuius domo falſa moneta cuditur. licet illud ignoret. C. de falſa moneta. l. i. ¶ Secūdo fit fraudulentia ad decipiendum proximum in rei quantitate in pondere numero ⁊ menſura Quod prohibetur Deuteronomij. xxv. c. vbi dicitur. Non habebis in ſaculo tuo diuerſa pondera maius ⁊ minꝰ. Et leuiti. xix. c. Nolite facere iniquū aliq̄d in iudicio in regl'a in pōdere ⁊ mēſura. In pōdere quidē fraus eſt cū dat q̄s vndecim

vncias p duodecim vel p vna
libra carniū aromatū piſcium
lane lini ꝛ aliaꝝ reꝝ pondera/
biliū. In menſura fit fraus cū
datur de panno lineo vel laneo
minus debito. ꝛ ſic de alijs q̄
menſurant. In numero vt cū
quis dat aliquas res in certo
numero dare numeꝝ diminu/
tū tribuit. Oēs tales ſic frau
danter peccant ꝛ tenent ad re
ſtitutionē vel dānificatis vel
paupib; ſi paꝝ ē vel incertum
dānū. Iura etiā ciuilia puniūt
huiuſmodi falſarios. Ñ. ī. ff. d
extraordi. cri. l. annonā. Adri
anus impator eū q falſas ha/
buit menſuras in inſulā relega
uit. Idē. ff. ad le. cor. de falſis.
l. penultima. Tertio fit frau/
dulentia in reꝝ qualitate cum
ſ. vendunt carnes infecte p ſa/
nis. aromata antiqua p recen
tib;. Coriū fragile p durabili
Aial infirmū p ſano. ¶ Sed
queritur an vēditor teneat ſp di
cere defectū rei quā exponit ve
nalē. Reſpondet Tho. ij. ij. q
lxxvij. q aut ē occult⁹ aut ma
nifeſtus. Si occultus ꝛ hic aut
talis defectus reddit vſū illi⁹
rei venalis ipeditū vel noxiu;
aut nō. Si ſic puta cū qs ven
dit equū claudicantē p veloci
vel domū ruinoſa; pro firma
vel cibū corruptum pro ſano:
peccat grauiter iiuſticia; com
mittendo in fraudulēta vēdi/
tione ꝛ proximū ꝛ hoc dānifi
cando Tenetur ḡ manifeſtare
vitiū rei. ff. de actio. emp. ꝛ vē
ditio. l. i. §. Venditor. vbi dr
q ſi venditor ſcit ſeruitutē de
beri a pdio vēdito emptore h
ignorante: tenet emptori ad in
tereſſe. ꝛ. ff. de edili. edic. l. i. §.
Nunc. ꝛ. §. Si intelligit. dicit.
Qui mācipiū vēdit d; certio
rare emptorē de morib; ꝛ viti
is eius. Et. ff. de acti. empti. et
ven. l. Julianus habet q dece
ptus a falſo venditore ſciente
defectū h; actionē ꝯ eū qm in
tradendo delinqt. Cū pōtiſ pde
re ius petendi remediū nimis
diu expectando ſi videl; tran
ſit ann⁹ vtilis a tpe venditio
nis ꝛ morbi cogniti. ff. d edili.
edi. l. ſciendū. ꝛ. l. cū ſex Si au
tē defectus rei nō impedit to/
taliter vſū ei⁹ nec reddit notiā
ſed minus reddit rē vtilē ſi di
minuat de pcio quātū impor
tat ille defect⁹ cel ādo defectū
nō peccat. dū tn̄ nō dicat men
daciū. nec tenet manifeſtare vi
tiū rei ſi tunc nec iuſtū pciū in
ueniret vel etiā emptorē. Pōt
eni adhuc talis res eſſe vtilis
ad plura. ꝛ ſi non ad oīa ad q̄
valeret exiſt ens ſine defectu.
Multomagis ſi defectus ſit
manifeſtus. puta q equus eſt
monoculus nō tenet manife/

ſtare ſed tenet̃ p̃cium diminue re p̃ illo defectu quē emptor ig norat niſi vſus eius eēt p̃iculo ſus vel noxius. Tunc em̄ tene tur emptori dicere illud igno⸗ ranti. imo nō deberet expone re venditioni p̃cipue ſi extimet emptorē ex leuitate ⁊ p̄ſumpti one non curare ſe p̃iculo p̃ſone exponere vel aliū in vendēdo rem defectuoſam decepturuꝫ. Nec ex hoc ꝙ aliq̄s fuit dece⸗ p̃tus in emēdo rem defectuo⸗ ſam credēs bonā pōt ip̄e ſimi liter aliū decip̄e vendēdo p̃cio iniuſto ac ſi nullū defectū ha⸗ beret poſtq̄ꝫ defectū nouit. ſi⸗ cut nō licet furari alteri vel le dere puta petro eo ꝙ martinꝰ furatus eſt ſibi. ¶ Quarto fit fraudulētia in ſolutiōis dimi nutione ⁊ tarditate qn̄ nō ſol uit̃ laborāti pro ope ſuo termi no debito. Quod faciūt mul ti nō tam ex ipotētia q̄ꝫ ex aua ritia. qꝛ cū illa pecunia debita ſolui mercēnariꝫ vel aliꝫ vo lūt aliq̄ tp̄e negociari ⁊ lucrari Sed h̄ ē ꝯ mandatū dn̄i Le⸗ uitici. xix. dicētis. Non mora⸗ bit̃ opus mercēnarij tui apud te vſq̄ꝫ mane. Vn̄ dn̄s vinee cū ſero eēt factū. vt ſcribit̃ mat thei. xx. cap̄. dixit procuratori Voca operarios ⁊ da illis mer cedē ſm̄ ꝯuentionē factā. Ali qn̄ etiā pleriq̄ꝫ dant eis falſam monetā. Aliqn̄ ſubtrahūt de debito ſub diuerſis vijs. Sꝫ quid de depoſitarijs ⁊ officia libꝫ cōitatū h̄ntibꝫ dare pecu⸗ nias noīe cōitatis qui retīnēt ſoluēdo his qui debēt recipe⸗ re aliq̄s denarios. R̄ndet̃. q̄a aut tales ſunt ſalariati a com munitate ſufficienter ſm̄ labo rem officij ⁊ qualitatē. aut nō In p̄mo caſu non p̄nt exigere nec recip̄e nō obſtāte ꝯſuetu⸗ dine que potius corruptela ē. In ſecūdo caſu videt̃ eos poſ ſe exigere ⁊ ꝯſuetudinē eos ex cuſare que rōnabilis ē cū ſerui at illis p̃ſonis. ⁊ nemo cogat̃ de ſuo facere b̄n̄ficiū. xiij. q. i. § p̄mo. ¶ Quinto fit fraudulen⸗ tia in pecunia ad res mutabi⸗ litate ex quo diminuit̃ debituꝫ p̃ciū promiſſū. qꝛ nō indigen⸗ tes aliqn̄ talibꝫ rebꝫ ꝯducti in aliquo op̄e cū vendūt minus p̃ciū accipiūt q̄ꝫ ꝯſiſtit eis cō⸗ tra tales loquit̃ Jacobꝫ. v. ca. dicēs. Ecce merces operarioruꝫ qui meſſuerūt regiōes veſtras q̄ fraudata ē a vobis clamat ꝯ vos: Nec immerito. qꝛ g̃ue pec catū ē hōc mō paup̄es laborā tes defraudare. Nā cuꝫ pacta honeſta debeant ſeruari. extra de pac. c. i. ⁊. xx. q. i. c. puelle. ⁊ ff. de pactis. l. Jure gentiū. iō cū quis ꝯducitur ad aliquod opus ſi promittit ſibi dare p̄e⸗

cuniam nõ debet illi dare victu alia vel pannũ vel alias res ni ſi inquantũ velit ipſe cõductuſ ſua ſpõte vel niſi alio mõ non poſſet ſibi ſoluere ex defectu pecunie. Sũt ⁊ alie decipiẽdi artes fictiones ⁊ diabolice inuentiones q̃s melius n oſcũt illi q̃ talia agũt nos q̃ ea merito reprobamus. Nõ eſt hodie veritas nõ rectitudo. nõ caritas nõ pietas nõ denicq̃ dei timor in filijs hominũ cũ oẽs currãt poſt denariũ ⁊ vt theſauriſẽt diabolo potius q̃ deo ſeruire conant. Hi auaricie veneno dulci inebriati regnũ celoꝝ viribꝫ totis effugiunt. Ad qd nos pducat ieſus xp̃s filius dei benedicti. Cui ſit laus ⁊ gl'a per infinita ſecula ſeculorum Amen:

¶ Feria ſcda poſt dñicã oliuarũ. De auaricia luſoꝝ.

Sermo q̃drageſimus tertius

Ur erat. Scribuntur hec ṽba Johan. xij. ca. ⁊ in euange. ho. Perijt iudas ꝑpter auariciã q̃ ad reliq̃ ꝑ illũ ꝯmiſſa facinora impulit. Ob illã quippe furabat elemoſinas oblatas xp̃o ⁊ ſibi commiſſas. Ob illã de magdalena vngente caput ieſu murmurabat. Ob illã denicq̃ piiſſimũ ieſum vẽdidit triginta denarijs. Sed nõ ipſe ſolus hoc vicio ꝑditus fuit cũ quaſi inumeros hẽat conſortes vel imitatores ſicut patz in p̃cedẽtibꝫ. vbi diximus de auaricia multoꝝ. Preter illos vero inueniũtur. ⁊ alij q̃ cupiditate pecunie ludẽdo rape ſatagunt aliena. Idcirco in pñti ſmone de auaricia luſoꝝ ṽba faciemus In quo de ipſo ludo tria myſteria ꝑponimus declarãda.

¶ Primũ dicit diſtinctõis.
¶ Scdm malignatõis.
¶ Tertiũ reſtitutõis.
¶ De multiplici ludo. ſ. qui fit ex deuotõe vel ex recreatõe vl' cupiditate ⁊ mala intẽtione

Capitulum primũ

Rimuz myſterium de ludo declarãduz dicit diſtinctõis In quo notandum q̃ ẽ triplex ludus.

¶ Primus deuotionis.
¶ Scdꝰ recreationis.
¶ Tertius offenſionis.
¶ Primus ẽ ludus deuotõis. Ad hunc inuitat pſal. dicẽs. Oẽs gẽtes plaudite manibꝫ iubilate deo i voce exultatõis. Hũc ludũ dd exẽplo ſuo facer docebat cũ ludere ipe ⁊ oĩs iſrl' corã archa dñi vt habet. i. pali. xiij c. Saltans nudus ⁊ pſallẽs ob

deuotionē ꝛ affectū eximiū ad xp̄m quē intellexit figurari i archa illa i q̄ erāt ꝟga magna ꝛ tabule legis moſaice q̄ deſig̃bāt tria.ſ. deitatē xp̄i potētiſſimam carnē puriſſimā ꝛ aiam xp̄i ſapiētiſſima. ¶. De hac archa ſic ſcribit Aug. x.li. de ciui. dei. c. c. xvij. Lex dei quā moyſes accepit in archa erat poſita. q̄ archa teſtimonij nuncupata eſt. Erat ip̄a lex in tabulis cōſcripta lapideis ꝛ in archa poſita. Hāc tpe pegrinatōis i heremo cū tabernaculo qđ ſil'r appellatū ē tabernaculū teſtimonij cū debita ſacerdotes veneratione portabāt Signūq̄ erat q̄ p di em nubes apparebat que ſicut ignis nocte fulgebat. q̄ nubes cū moueref caſtra mouebanſ ꝛ vbi ſtaret caſtra ponebantur. Reddita ſunt aūt illi regi magni miraculi teſtimonia Et infra ſequitur Aug⁹. In introitu terre ꝓmiſſionis iordane archa tranſeunte fluui⁹ ↄuerſus eſt retrorſum ꝛ popul⁹ p ſiccuȝ trāſijt. Deide ciuitas q̄ prima hoſtilis occurrit more gentium dos plurimos colēs ſepties eadem archa circūacta muri repente ceciderūt nulla manu oppugnati nllo ariete pcuſſi Poſt hoc cū in terra ꝓmiſſionis eēnt ꝛ eadē archa propter eorū peccata fuiſſet ab hoſtibus capta. hi qui eā ceperāt in templo dei ſui quem preceteris colebāt honorifice collocauerūt. abeunteſ q̄ clauſerunt. Apertoq̄ poſtera die ſimulacrum cui ſupplicabant inuenerunt collapſum deformiterq̄ ↄfractū. Quaȝ archā ip̄i populo iudeoꝝ reddiderūt. Impoſuerūtq̄ eum plauſtro eiq̄ iuuencas a quibus vitulos ſuggentes abſtraxerant ſubiunxerunt ꝛ eas quo vellēt ire dimiſerunt. At illi ſine hoīe duce atq̄ rectore ad hebreos ĝdientes nec reuocare mugitib⁹ eſurientium filiorum reportauerunt. hec Aug⁹. Dum vero dauid luderet coraȝ iſta archa michol vxor eius euȝ deſpexit. q̄ ſignificat ſynagogā olim dei ſponſam deſpicientē xp̄i humilitatē ꝛ veritatē myſterioꝝ ei⁹. Dixit aūt dauid ad michol ludā ꝛ vilior fiā pluſq̄ fact⁹ ſū ꝛ humilis ero in oculis meis. vt habet. ij. reg. vi. c. vñ ꝛ ip̄a michol multum dilecta a dauid. punita ē a deo facta ſterilis bonis opib⁹. ſ. ipſa ſynagoga vſq̄ ad finē mūdi Siles ſunt ludo dauid ludi repñtationis natiuitatis ꝛ reſurrectōnis ieſu xp̄i ꝛ hmōi. dum tñ deuote fiant vt ponitur a doctorib⁹ extra đ vita ꝛ hone. cleri. c. Cum decorem ¶ Scōs ludus ē ludus recreationis cū qs vtitur aliquib⁹ ver

bis vel factis ſolacioſis ob re/creatõnẽ ſui ⁊ alioꝝ ita tñ ꝙ nil turpe ibi miſceatur vel deo aut proxio iniurioſum nec grauitaſ animi totaliter reſoluatᷣ ⁊ talis lud⁹ ſm Tho. ij. ij. q. clxviij. ꝑtinet ad virtutez eutrapelie. vt dicit Ariſto. in. iiij. ethi. Et dr aliqs eutrapelt⁹ a bona conuerſatõe. ſ. bñ ↄuertit aliq̄ dicta vł facta in ſolaciũ. Et in q̄ſtũ per hãc virtutẽ hõ refrenatᷣ ab imoderãtia ludoꝝ ſb modeſtia cõ/tinetᷣ Sicut eni hõ indiget corporali quiete ad corpis refocil/lationẽ. qꝛ nõ põt ↄtinue labo/rare ex eo ꝙ hꝫ finitã virtutem q̄ determinatis laboꝛib⁹ ꝓpoꝛ/tionatᷣ. Ita etiã ex pte aĩe cuius virt⁹ eſt finita ad determiatas opatões ꝓpoꝛtionata ẽ. Jõ qñ vltra modũ ſuũ in aliqs opa/tões ſe extẽdit laborat. ⁊ ex hoc fatigatᷣ pͥ̄ſertim. qꝛ in opatõib⁹ aĩe ſimul laborat corp⁹ inq̄ſtuꝫ ſcꝫ aĩa intellectiua vtitᷣ viribus p organa corporea opantibus Sũt aũt bona ſenſibilia cõnaturalia hoĩ. Et iõ qñ aĩa ſupra ſenſibilia eleuatᷣ opib⁹ rationis intenta naſcitur exinde q̄dam fatigatio aĩalis ſiue hõ inten/dat opib⁹ rõis practice ſiue ſpeculatiue. Et magꝭ ſi opib⁹ ↄtẽplatõis intẽdat. qꝛ p hoc magꝭ a ſenſib⁹ eleuatᷣ. q̄uis forte i aliq̄b⁹ opib⁹ exterioꝛib⁹ rõnis pꝛacticee maioꝛ laboꝛ corpis ↄſiſtat Sicut ergo fatigatio corpalis ſoluitᷣ p corporis quietẽ. ita etiã oportet ꝙ fatigatio aĩalis ſoluatᷣ p aĩe quietẽ. Quies aũt aĩe eſt delectatio vñ oportet remedium ↄ fatigationẽ aĩalẽ adhibere p aliquã delectationẽ intermiſſa intẽtione ad inſiſtendũ ſtudio rõnis. Hinc aug⁹. in. iij. muſice ait. Uolo tandẽ tibi pcas. Nã ſapientẽ decet interdũ remitte/re aciẽ reb⁹ agẽdis intentã. Et Ariſto. in. iiij. ethi. Jn hui⁹ vite ↄuerſatõe quedã requies cũ ludo attendẽda ẽ. Ex hoc legitᷣ de btõ Johãne euãgeliſta ꝙ cũ quidã ſcãdalizaretᷣ eo ꝙ cũ auicula luderet mãdauit ei vt arcũ quẽ gereb at traheret nec ſagittã emitteret ſed tractũ ſic retineret Qd cũ ille feciſſet ⁊ aliqñ p̄ la/boꝛe remiſiſſet. queſiuit vtrum ſic tractũ arcũ detinere ↄtinue poſſet. Qui rñdit qꝛ ſi ſic face/ret ⁊ ipſe laboꝛe deficeret ⁊ arc⁹ ↄfringeretᷣ. Uñ btũs Johãneſ ſubintulit. Silr anim⁹ homis frãgeretᷣ ſi nunq̄ a ſua intẽtiõe relaxaretur. ¶ Sꝫ in hmõi lu/dis tria ſunt attẽda ¶ Primũ ꝙ nõ queratᷣ delectatio in aliq̄/b⁹ opationib⁹ vel verbis turpi/bus vt ſupius dictũ eſt. vnde Tulli⁹ in. i. de offi. ait. Eſt vnũ gen⁹ iocãdi illiberale petulans flagitioſum obſenũ. ¶ Scđo

attendendū ē ne totalis grauitas aīe reſoluatur. vñ Cicero li. pfato ait. Necꝫ enim a natura ita generati ſum⁹ vt ad ludū ⁊ iocum facti eſſe videamur. ſꝫ ad ſeueritatē potius ⁊ ad q̄daꝫ ſtudia grauiora ait maiora ludo aūt ⁊ ioco vti quidē licet. ſꝫ ſicut ſōno ⁊ quietib⁹ ceteris cuꝫ grauib⁹ ſeriiſcꝫ reb⁹ ſatiſfecerimus. Et Ambro. li. ō offi. Caueam⁹. caueam⁹ dum relaxare aīam volum⁹ ne ſoluam⁹ oēm armoniā quaſi ↄtentū quendā bonoꝝ operū. ¶ Tertio attendendū ē vt ludus conueniat pſone tempori loco ⁊ ſm circunſtantias debite ordinetur duꝫ ſic fit ludus conueniens eſt. vñ aliqui ludi inuenti ſunt. vt pro pueris ludus pile. pro iuuenibus iactus pali. curſitatio. pro viris ludus ſcacoꝝ q̄ nec etiaꝫ clericis ē prohibitus. Tamen ad tollendū ſcādalū laicoꝝ nō debent clerici corā laicis ludere vbi ſcandalū eſſet. Hiſtriōatus honeſtus inuentus eſt pro dñis pcipue tpalib⁹. ⁊ ſic de aliis. ¶ Tertius ē ludus offenſionis. hic eſt cū in eo offendit deus. Sicut fit in turpib⁹ repñtationib⁹ ⁊ piculoſis ac nociuis exercitiis in torneamentis paleſtra ⁊ precipue i ludo alee ⁊ huiuſmodi. Et qꝛ hec plena ſunt peccatis. Ideo Aug. de pe. di. vi. dicit de penitente cohibeat ſe a ludis. Et ſancti viri tales ludos euitauerūt. vñ Thobie iij. dixit ſarra. Cū ludētib⁹ nō me miſcui. nec cum his q̄ ambulāt in leuitate. De ludo autem alee null⁹ dubitare debꝫ qꝛ ſit peccatū cū prohibeatur per legē canonicā ⁊ ciuilem. vt ptꝫ ff. de aleato p totū. ⁊ in auten. de ſanctiſſimis epis. §. Interdicim⁹. Et extra de vita. ⁊ ho. cle. c. Clerici. ⁊ di. xxxv. cap. i. Et ſm Guillermū ludus alee intelligit omnis lud⁹ q̄ innititur fortune. vt lud⁹ taxillorū. charthaꝝ naiboꝝ q̄ꝫuis i ludo chartarū ⁊ naiborū ſit aliquid iduſtrie hmōi lud⁹ pñt eē mortale pctm̄ ſi fiat ex cupiditate ñ recreatione.

¶ Mō quatuordecim ſūt malignitates q̄ inueniūtur i ludo ex quibus huius vicii grauitas apparere pñt

Capitulum ſecundum.

Secundū myſteriuꝫ declarandū de ludo dicit̄ malignatōnis In ludo quippe alie multe malignitates reperiunt oñdentes hui⁹ vicii grauitateꝫ ¶ Pria malignitas ē infamia hoc enim vicio laborātes infames redduntur ita vt quilibꝫ viri graues abhorrēt eoꝝ ſocietatem effugiantcꝫ parentelas.

¶ Secda malignitas ē amiſſio
tpis. Nā ipſi luſores tps male
ꝯſumūt ⁊ ad idē inducūt alios
aſpiciētes. ¶ Tertia maligni-
tas ē blaſſemia. In hoc vitupa
bili exercitō pluſqꝫ i ceterꝫ blaſ-
fematur deꝰ ⁊ tota celeſtis cu-
ria. ¶ Quarta malignitas eſt
cōtumelia. Luſores enim ſepe
ſibiȳnuicē ꝯtumelias ⁊ ṽba iiu
rioſa dicūt. ¶ Quinta maligni
tas eſt diſſipatio ſubſtātie tpal'
Frequēter ſiquidē videmꝰ hoc
euenire ꝙ ampliſſime faculta-
tes ꝯſumūtur ꝑ ludū. ¶ Sex-
ta malignitas eſt furtum. Naꝫ
q̄ ſunt dediti ludo cū nō habēt
ad ludendū furātur vel a parē
tibꝫ occulte accipiēdo ⁊ furtum
eſt vel ab vxoribꝫ vel a vicinis
vel a magiſtris ſi ſunt in exerci
tio artiū mechanicarū. ¶ Sep-
tima malignitas eſt gula. qui
enim vincunt in ludo ſicut ma
le acquiſierūt pecuniā ita male
expendūt. quia vadunt ad ta-
bernas vel faciunt cōuiuia et i
vicio gule ac crapule multa ex
ponūt. ¶ Octaua malignitas
ē homicidium. Ipſi equidē lu
ſores aliqn̄ de verbis veniunt
ad ṽbera ⁊ de verberibꝫ ad vul
nera ⁊ homicidia ¶ Nona ma
lignitas ē negligētia. Sunt lu
ſores negligētes ad res diuias
nō curant audire miſſas diebꝫ
feſtiuis nec predicatōes ⁊ ſpūa
lia cuncta poſtponūt. ¶ Deci-
ma malignitas eſt odiū. Naꝫ
odiunt eos qui vincūt aliquan
do ſeipſos ⁊ qđ peiꝰ ē deū q̄ nō
facit eos vincere. Et in tantū
odium inſurgūt qn̄qꝫ vt quod
nō poſſunt ipſi ſceleſti homi-
nes in perſona dei ⁊ ſanctoruꝫ
faciant in picturis ⁊ imagini-
bus. de quibus miraculoſe ali-
quādo exiuit ſanguis. Et ali-
qn̄ tales a demonio arrepti ſūt
⁊ vexati. Odiunt etiā homies
reprehendentes eos de tāto ſce
lere. ¶ Undecima malignitas
eſt iracundia redeunt qn̄qꝫ lu-
ſores domū poſtqꝫ perdiderīt
pecuniam iracundi impatien-
tes turbantqꝫ vxoreꝫ ⁊ familiā
totaꝫ. ¶ Duodecima maligni
tas eſt triſticia ⁊ accidia. nam
ille qui perdit multa vexat an-
guſtia ⁊ quādoqꝫ aliqui ad tā
tam deſperationem venenerūt
vt ſeipſos occiderūt. ¶ Tertia
decima malignitas eſt partici
patio ſceleris. nā qui dant pecu-
niā luſoribus ad ludendū pro
pter lucri. mortaliter peccant
Qui mutuant taxillos vel do-
mos ad ludendū. pticipes ſūt
tanti ſceleris. ¶ Quartadecia
malignitaſ ē peſſima ſodomia
Adoleſcentuli enim miſeri vt
habeāt ad ludendū aſſentiunt
omni turpitudini dātibꝫ eis pe
cunias pro ludo. Proptea hec

dia cōminat deus luſoribꝫ di-
cens Iſa.lxv.ca. Qui ponitis
fortune mēſam ⁊ libatis ſuper
eā numerabo vos in gladio.
Ponūt menſam fortune q̄ lu-
dūt exponētes ſe fortune. ⁊ iſti
feriunt gladio dīne vltiōis ſi-
ue in pn̄ti p tp̄alia flagella, ſiue
in futuro p eternas penas.

¶ Sed circa hoc querit q̄d iu-
ris cū altercantibꝫ duobꝫ pu-
ta petro ⁊ martino ſup aliquo
rei euētu p̄terito vel futuro pu
ta morte alicuiꝰ dn̄i vel aduē
tu alicuiꝰ p̄ncipis vnus vt pe
trus aſſerit mortuū talē dn̄m
vel venturum talē p̄ncipē ad
talē ciuitatē infra certū tēpus
Qd ſi ſecus fuerit obligat ſe
martino datuꝝ centū vel ſimi
le. Ita tn̄ q ſi ita n̄ ē vt aſſeruit
martinus q̄ tenebat ꝯrīū ver-
ſa vice teneat dare petro centū
vel ſimile ſm ꝯuentionē ad in
uicē factā vtꝝ tale lucꝝ ſit lici
tū. Rn̄dent doctores q nō. ſꝫ
ē turpe lucꝝ p̄cedens ex auari
cia ⁊ nulli deſeruiens vtilitati
ſed vanitati. Nō tn̄ reſtituere
oportet de neceſſitate. ſed pau
peribꝫ ē erogandū. ⁊ hoc ma-
gis ex ꝯſilio q̄ ex p̄cepto. ⁊ vi
det hēre ſimilitudinē aliquam
ad ludū q̄ntū ad futuꝝ euentū
Nulla em̄ lex mādat reſtōnem
in hꝰmōi. ⁊ ſi lex dīna ⁊ natu-
ralis p̄hibeat oēm actū auari-
tie ⁊ illicite acq̄ſitiōis vt mere
tricij ⁊ torneamenti.

¶ De varijs opiniōibꝫ an ſint reſtituenda acq̄ſita per ludos p̄hibitos. Ca. iij

Ertiū myſteriū decla
randū de ludo d̄ reſti
tutiōis. Scd̄ꝫ em̄ tho.
ij. ij. In tribꝫ caſibꝫ teneat quiſ
reſtituere qd̄ acq̄ſiuit p ludū d̄
iure dīno ita q nō debet pau-
peribꝫ erogari ſed reſtitui niſi
cū neſcirent vel non inuenirēt
p̄ſone ſicut accidit in alijs re-
ſtitutionibus. ¶ Primus ca-
ſus ē cū acquirit quis ab his q̄
alienare non pn̄t ſm Ray. vt
ſunt furioſi, p̄digi, minores. xx
annis ⁊ maxime pupilli ⁊ men
tecapti, ſurdi, muti, ceci. ⁊ q̄ p
petuo morbo laborāt. q̄ eniꝫ
tales rei ſue p̄uidere non pn̄t.
dādi ſunt eis tutores vel cura
tores Inſti. de curato. §. furio
ſi. Et qd̄ dictū ē de p̄digiſ vi
det itelligēdū de his q̄bꝫ rōne
p̄digalitatꝭ dati ſūt curatoreſ
a iudice ⁊ n̄ d̄ alijs Serui etiā
cū q̄cq̄d hn̄t ſit dn̄oꝝ ⁊ q̄cq̄d
ſuꝰ vtilis acq̄rit dn̄o ſuo acq̄
rit. C. p q̄s p̄ſo. no. acq̄. l. i. ff.
de tp̄ibꝫ pub. l. pecuniā. quare
ipſi ſui alienare nō pn̄t. Sꝫ re-
ligioſi ſi qua hērēt ad vſū ſuū
vl' p adminiſtrationē. illa tn̄ do
nare vel alienare n̄ pn̄t illicite
vt i ludis vn̄ q̄ eis vicerēt etiā.

p̄latis ad reſtõnem tenẽtur vel monaſterijs vel p̄latis. Clerici quantũ ad res eccleſie alienare non pñt in ludis Filijfamilias q̄ emãcipati ñ ſũt a patre alienare nõ pñt per ludum vel alios modos. Similiter vxores ſi nõ habeant parafernalia. Qui itaqꝫ acq̄rit ab hiſ per ludũ: tenet̃ reſtituere tutoribus vel curatoribꝫ vel p̄latis aut dñis eoꝝ. niſi forte ſit quid modicũ de quo p̄ſumi poſſet. ꝙ curatores ꝛ alij p̄nominati nõ curarent. ¶ Scd̃s caſus eſt cũ acq̄rit quis ꝑ fraudes puta vtendo falſis taxillis vel alio mõ decipiẽdo. nã hoc reſtituẽdum eſt ei q̄ amiſit vel habẽti curã eius. reputat̃ em̃ h̄ vt furtũ. ¶ Tertius caſus ẽ cũ q̄s attraxit aliquẽ ad ludũ per vim vel nimiã ĩportunitatẽ ſiue in p̄ncipio ludi ſiue in medio cũ alius vellet dimittere ludũ ꝛ alius nõ ſinit. Cũ aũt quis lucratur ĩ ludo cũ volũtario valente alienare ꝛ ſine fraude an reſtituere teneat̃. Aliqui dicũt ꝙ debet illud paupibꝫ erogare ꝛ de neceſſitate ꝛ nõ poſſet ſibi retinere. Alij ꝓo dicũt hoc de honeſtate ꝯſilij: nõ de neceſſitate ꝑcepti fiendũ. Et quãuis p̄ma opinio ſit ſecurior ꝛ ideo potius ꝯſulenda: nõ tñ de neceſſitate ĩponendo. Nã Tho. ꝛ Ricar. in. iiij. nil dicunt de erogatione pauperibꝫ fienda q̄ ad eos q̄ nõ ſũt aſtricti legibuſ imꝑialibꝫ. Jo. an. ꝛ Jo. calde. ſuꝑ. ca. clerici. de vita ꝛ hone. cle. dicũt tutũ eẽ talia pauꝑibus erogare. nõ tñ dicunt fore neceſſariũ. Franciſc⁹ de zabarellis dicit poſſe defendi talem opinionẽ. ſ. ꝙ nõ debeãt oĩno talia paupibꝫ erogari. q2 ꝯſuetudo potuit dñium ꝑdentiſ in vincentẽ trãſferre Jo. d̃ imola iſta allegat ꝛ ñ reprobat. Rai. etiã in ſũma ſua dicit ꝙ lꝫ multi ſapientes dixerint acq̄ſita ꝑ ludos alee nõ reſtituenda ſed paupibꝫ eroganda. Tñ mõ ſic ſuat̃ ꝙ nec ad erogãdũ pauperibꝫ ſint cogẽdi. Sed fieri põt de h⁹mõi elemoſyna ſic de meretricio qd̃ vtiqꝫ ꝯſulit̃ nõ ĩꝑat̃ Petrus d̃ palude dicit in q̄rto aliquos tenere ꝙ q̄ nõ ẽ locupletior amplius nõ tenet̃ qui. ſ. ꝑdidit qd̃ ꝑ ludũ fuerat lucratus lege humana ꝓhibitũ. q̄a talis nõ erat obligat⁹ pauperibꝫ rõne alicuius p̄cepti abſciſ vel cõmiſſi in eos. Jgit̃ ne def via ludis ꝛ turpibꝫ lucris ꝯſulendũ ẽ ꝛ ꝑſuadendũ ad erogandũ paupib⁹ ꝛ p̄cipue q̄ntũ ad illud qd̃ remanet in lucro vltra ꝑdita in eo ꝛ alia ſaltim paulatim ꝛ ꝑ interualla tẽporum. Non tñ vt ẽ dictũ q̄s eſt

ad hoc cogēdus. ſed diſcrete ſi fieri pōt inducendus. Corri/gant ſe itaqꝫ luſores ⁊ reuertā tur ad dn̄m. quia ipſe dabit il lis gratiam ⁊ tandem gloriaꝫ ſempiternam Amen.

Feria. iij. poſt dn̄icam oliuaꝝ
De peccato odij.
Sermo q̄dragesimuſquart⁹.

Oderunt me gratis. Scribūtur hec verba p̄s. xxxiij Suffocauit mētes phariſeoꝝ ardens odiū quod ad xp̄m ꝑpter ſuā iniquitatē habebāt. Illo em̄ excecati om nem iuſticiā ꝑuerterunt: oīſqꝫ humanitatis obliti mortē cru deliſſimā innocētis Jeſu ꝑcu rare conati ſunt. Similes aūt illis efficiūť pleriqꝫ xp̄iani qui odio ꝓximoꝝ detenti nec con/fiteri neqꝫ cōmunicare volunt Inueterata q̄ppe odio ⁊ inimi citias retinētes: diabolo poti us placere ſtudēt q̄ꝫ xp̄o. Non mouenť ſtimulo conſciētie. nō p̄ceptis eccleſie. non amicoruꝫ ſuaſione. non doctrina p̄dica/toꝝ. nō deniqꝫ memoria chri ſti ieſu ꝓ nobis crucifixi. Jdcir co in p̄ſenti ſermone decreui ꝺ odio in generali loqui de quo redemptor noſter dicit verba ꝓpoſita. affirmans ꝙ iudei o/derunt euꝫ gratis ideſt ſine cā Diſtinguemus autem triplex odium.

¶ Primum eſt odium dei.
¶ Scd̄m eſt odium ſui.
¶ Tertium eſt odium ꝓximi.

¶ De odio dei qualiter. ſ. ⁊ ex qua cauſa poteſt haberi odio. ⁊ ꝙ odium dei eſt grauiſſimuꝫ peccatoꝝ. Ca. p̄mū

Primū eſt odiū dei ſū/me fugiendū ad dete/ſtandum de quo conſi deremus tria ſcilicet

¶ Poſſibilitatem
¶ Cauſalitatem
¶ Grauitatem

¶ Primo ꝯſideremus ꝺ odio dei poſſibilitatē: Quō videlꝫ poſſit deus haberi odio ꝙ ſic declarat Tho. ij. ij. q. xxxiij. Odiū inq̄t ē q̄dā motus appe titiue potētie q̄ nō mouetur ni ſi ab aliquo app̄henſo. Deus aūt dupl'r app̄hēdi ſiue cogi ci pōt. ab hoie Uno mōꝺm ſe ip̄m puta cū per eſſentiā videť Alio mō per effectus ſuos cuꝫ ſ. inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta ꝯſpiciunť. De⁹ aūt ꝑ eſſentiā ſuā ē ipſa boni/tas quā null⁹ odio habere po teſt. q2 de rōne boni eſt ꝙ ame tur. ⁊ ideo īpoſſibile ē ꝙ aliq̄s vidēs deū ꝑ eſſentiā illū odio hēat. Un̄ Diony. li. de diui. no. c. iiij. ait Omnib9 amabi/le ⁊ diligibile eſt p̄mū bonum ⁊ pulchꝝ. Eſt auteꝫ ipſe deus

ipſa bonitas ⁊ pulcritudo. In
q̄ꝫtum aūt deus cognoſcit per
effectus ſuos ſciendū ꝙ aliq̄s
effectus dei ſunt qui nō poſſūt
vllo mō cōtrariari volūtati hu
mane vt eſſe viuere ⁊ intellige
re. Qōlibet aūt hoꝝ eſt appe
tibile ⁊ amabile oībꝫ. vn̄ ſcōm
ꝙ deꝰ apprehēdit vt actor hoꝝ
effectuū videlꝫ in q̄ꝫtū eſt crea/
tor bn̄factor veritas ⁊ hmōi. n̄
pōt odio haberi. Ideo dyoniſi
us ait ꝙ deꝰ oīa cōuertit ad ſe/
ipſum in q̄ꝫtū. ſ. eſt oībꝫ princi/
piū eſſendi: q̄ꝛ oīa in q̄ꝫtuꝫ ſunt
tendūt in dei ſimilitudinē qui
eſt ip̄m eſſe. ¶ Scd̄o conſidere
mus de odio dei cauſalitatem
nā ſunt q̄dā effectꝰ dei q̄ ex ma
licia hoīm ſunt ipſis cā vt deū
odio habeāt. q̄ꝛ repugnant in/
ordinate hūane voluntati. Hi
ſūt ꝓhibitio pctōꝝ. inflictio ad
uerſoꝝ. ⁊ denegatio deſiderato
rū. Ex hoc enim ꝙ deus ꝓhi/
bet aliqua mala que aliqui vel
lent facere. ſed cōſcientia remor
det ⁊ nō ſunt ita libere agere ſi
ne ſtimulo remordēte. vel etiaꝫ
q̄ꝛ alij nō aſſentiūt male volun
tati eoꝝ ex prohibitione dei
Ideo odiunt deū qui talia pro
hibuit. Aliqui vero odiunt deū
propter aduerſa q̄ ſuſtinēt a dō
⁊ numero iſtorum ſunt dāna/
ti. de quibus in pſ̄. dicit. Su/
perbia eorum qui te oderunt.

aſcendit ſemper Non tamē om
nis qui odit penas odit deum
Nam multi tolerant patienter
penas ex reuerentia diuina Sꝫ
prorumpere in odiū ipſius dei
punientis tanq̄ꝫ iniuſte puniat
quod faciunt dānati hoc ē odi
re diuinā iuſticiam. Alij vero
odiunt deum cum non implet
illorum deſideria quod ſepe fe
cit pro ipſorum beneficio qui/
bus dicere poteſt. Neſcitis q̄d
petatis. ¶ Tertio conſideremꝰ
de odio dei grauitate. Eſt q̄pꝰ
pe peccatum iſtud grauiſſimū
⁊ vt inquit Tho. Oim pecca
toꝝ peſſimū q̄ꝛ opponitur dile
ctioni dei que ē optimū homis
Et ſcd̄ꝫ philoſophū. viij. ethi
corum. Optimo opponit peſſi
mū. Inſuper defectus peccati
conſiſtit in auerſione a dō que
auerſio rationem peccati non
haberet niſi voluntaria eēt. vn̄
peccatum conſiſtit in volunta
ria auerſione a deo. Sꝫ hec vo
luntaria auerſio per ſe importa
tur in odio dei. In alijs v̄o pec
catis participatiue ⁊ quaſi per
aliud. Sicut enim voluntas
per ſe inheret ei quod amat. ita
⁊ per ſe refugit id quod odit vn̄
de quando aliquis odit deum
auertitur ab eo ſecunduꝫ ſe vo
luntas eius. Sed in alijs pec/
catis. puta cum fornicatur nō
auertitur a deo ſm̄ ſe ſꝫ ſm̄ ali

ud incõtrum ſcʒ appetit inordi natam delectationem que habet annexam auerſionez adeo Semper autem id quod ē per ſe eſt potius eo qḋ ē ꝑ aliud.

¶ De odio ſuiipſius ꝛ quomodo vnuſquiſqꝫ tenetur ex caritate diligere ſe ꝛ corpus ꝓpriuꝫ ꝛ ꝙ peccatores non ſe diligunt Capitulum ſecundum.

Ecundum eſt odiū ſuiipſius cum quis odit ſemetipm̄. Sꝫ vt clarius hoc intelligatur tria hoc loco dubia ſūt diſputanda.

¶ Primū vtrū hō teneaṫ diligere ſemetipm̄ ex charitate.

¶ Scōm vtrū corpa nr̄a ſint ex caritate diligēda.

¶ Tertium vtrū peccatores diligant ſeipſos.

¶ Ad primū dubiū rn̄det tho. ij. ij. q. xxv. ꝙ cū caritas ſit amicitia quedam dupliciter poſſumus loqui de caritate. Uno mō ſub cōmuni ratione amicitie. Et ſm hoc dicendum eſt ꝙ amicitia proprie non habeṫ ad ſeipm̄. ſed aliquid maius amicitia. quia amicitia vnionē quādam importat. Dicit eni Dyoniſius ꝙ amor eſt virtus vnitiua vnicuiqꝫ autem ad ſeipſum eſt vnitas que eſt potior vnione Unde ſicut vnitas ē principiuꝫ vnionis. ita amor quo quis diligit ſeipm̄ eſt forma ꝛ radix amicitie. In hoc enim amicitiā habem⁹ ad alios ꝙ ad eos nos habem⁹ ſicut ad noſipſos. Dicitur enim. ix. ethicoꝝ ꝙ amicabilia q̄ ſunt ad alteꝝ venerunt ex his que ſunt ad ſeipſum Sicut autem de principijs nō habetur ſcientia. ſed aliquid maius. ſ. intellectus. Alio mō poſſimus loqui de caritate ſm propriam rationem ipſius prout ſcʒ amicitia hoīs ad deū principaliter ꝛ ex conſequenti ad ea que ſunt dei inter que eſt etiam ipſe homo qui caritatem habꝫ ſicut ꝛ inter cetera que ex caritate diligit. Quare homo diligit ſeipm̄ ex caritate ſm proprii am rationem caritatis non ſm cōem ſm quā dr̄ Greg. i omeľ Min⁹ q̄ꝫ inṫ duos caritas haberi nō pōt. ¶ Scōm dubiū fuit vtꝝ corpa nr̄a ſint ex caritate diligēda. ꝛ quidā dicūt ꝙ non. primo qꝛ Iohānis. xij. c. ſcribitur. Qui amat aīam ſuā ꝑdet eā ꝯſtat ꝙ aīa nō ſtat ibi niſi ꝑ vita carnali. ergo corpa nō ſūt diligēda. Scdo nihil ē ex caritate diligendū qḋ ipedit hoiem ad aſſecut ōeꝫ btitudinis. Sꝫ caro corpis nr̄i ē hmōi ergo ꝛc̄ Ait eni apl's ad gaľ. i. ca. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm̄ ꝛ ſpiritus aduerſus carnē ad roma

nos. vij. c. Inuenio aliaʒ legē in mēbris meis repugnantē legi mētis mee. ¶ Tertio rō imaginis ſiue expꝛeſſa aſſimilatō ad deū ē illud quod facit creaturā diligi ex caritate. Sʒ in corpore cōicam⁹ cū brutis nec pfectio imaginis repitur in nobiſ ex pte corpis quare ꝛc. Sed ꝯtriū oñditur p ſcripturas. Naʒ aug. li. i. de trinitate ponit quatuor ex caritate diligēda inter q̄ enumerat corpus. Et Apl's ad ephe. v. c. ait. Uiri diligere debent vxores ſuas ſicut corpa ppria. Rñdetur ergo ſm Bonauen. in. iij. di. xxviij. ꝙ cū caritas ſit pōdus inclinās ad ſummū bonū ꝛ pfectā beatitudinē omne illud facit diligere qđ eſt beatū vel beatificabile. Cōtingit aūt aliqd eſſe beatū triplicit ſcʒ p eſſentiā ꝛ p pꝛimā influentiā. ꝛ p quandā redundantiaʒ Hinc eſt ꝙ oīa iſta ſunt ex caritate diligēda ſm pri⁹ ꝛ poſterius ſm mag; ꝛ minus. beatuʒ autem p eſſentiā eſt ſol⁹ de⁹. beatū p pꝛimā influentiā eſt ſpiritus rōnalis. beatum deniqꝫ p quandā redundantiā ē corpus hūanū in qđ gaudiū glie redūdat p ꝯiunctionē ſui ad aiam btām. Hinc eſt ꝙ caritas facit nos diligere deū ꝛ rationalem ſpm̄ ꝛ etiā corp⁹ nr̄m. Ad pꝛimū in contrariū adductū ē dicendū ꝙ in corpore noſtro ē viciositas ꝯcupiſcētie ꝛ bonitas nature. Et qꝛ viciositas cōcupiſcētie inclinat ad malū. iō eſt odiēda ꝛ ſi qs eaʒ diligit odit aiam ſuā. Qꝛ vero bonitas nature oꝛdinata ē ad ſummū bonū quodāmodo ꝯparticipādū ideo eſt diligēda. Cū ergo de⁹ hoꝛtatur ad odiendā aiam noſtrā ſiue carnalē vitā ex hoc nō ꝯcluditur ꝙ corpora noſtra nō ſint ex caritate diligēda ſimplr ſed ꝙ nō ſunt diligēda q̄tum ad viciositatē cōcupiſcētie. Ex hoc patet reſponſio ad ſecūduʒ obiectuʒ ꝙ caro non repugnat ſpiritui nec impedit ad aſſeq̄ndā beatitudinē pꝛopter bonitatē nature ſed pꝛopter viciositatē ꝯcupiſcentie cōtracte. ¶ Ad tertiū vero dicit Bonauē. ꝙ licet corpus hūanū nō ſit ad imaginē dei p ſe tñ vnitū eſt aīe q̄ eſt ad dei imaginem vnitū inqꝫ in vnitate nature Et rōne illi⁹ eſt beatitudinis cōparticipabile. Ideo eſt ex caritate diligendū ¶ Tertiū dubiū fuit vtꝝ pctōres diligāt ſeipſos. Et ꝙ nō videtur ex verbis dauid in pſ. dicētis. Qui diligit iniquitatem odit aiam ſuā. Sed contra arguitur. ¶ Pꝛimo quia illđ qđ eſt pꝛincipium peccati maxie i pctōꝛibꝫ repitur Sed amoꝛ ſui eſt pꝛincipiū peccati ergo maxi

me in peccatoribꝫ reperit. Nã vt dicit Aug⁹. li. xiiij. de ciuitate Amor ſui facit ciuitatẽ babilonis. ¶ Scd'o arguitur ꝙ peccatũ nõ tollit naturã Sꝫ h' vnicuiqꝫ ↄuenit ex ſui natura ꝙ diligat ſeipm̃. vñ etiã creature irrationales appetũt ꝓprium bonũ. puta ↄſeruationem ſui eſſe ⁊ alia hmõi. ergo pctõres diligunt ſeipſos. ¶ Tertio arguit ꝙ ſm Dyoni. li. de diuinis noibꝫ. Omnibꝫ eſt diligibile bonũ ſed multi peccatores reputant ſe bonos. ergo mlti peccatores diligũt ſeipſos Rñdet his tho. ij. ij. q. xxv. Quod amare ſeipꝫ vno mõ cõmune ẽ omibꝫ Alio modo propriũ eſt bonoꝝ. Tertio mõ propriũ eſt maloꝝ. Qd' eni aliquis amet id qd' ſeipſuꝫ eſſe exiſtimat hoc cõe eſt oibus Hõ aũt dicit eſſe aliqd dupli. Uno mõ ſm ſubſtantiã ſuaꝫ. ⁊ naturã ⁊ ſm hoc oẽs eſtimãt ſm bonũ cõmune ſe eſſe id qd' ſunt. ſ. ex aĩa ⁊ corpore compoſitos. ⁊ ſic oẽs hoies boni ⁊ mali diligũt ſeipos inqꝫtũ diligunt. ſuipſoꝝ ↄſeruationẽ qd' naturale eſt vnde nec viciũ. Jdõ Cicero in. i. de offi. ait. Principio generi animantiũ omni ẽ a natura tributũ vt ſe vitã corpuſqꝫ ſuũ tueatur. Declinetqꝫ ea q̃ nocitura videantur. ¶ Alio mõ dicit hõ aliquid eẽ ſm pricipalitatẽ. Sicut principes ciuitatis dicit eſſe ciuitas. vñ qd' principes faciunt dicitur facere ciuitas. Sic aũt nõ oẽs eſtimant ſe eſſe qd' ſunt. Principale eniꝫ in hoie eſt mens rõnalis ſecundariũ eſt natura ſenſitiua ⁊ corporalis. Quoꝝ primũ apl's nominat interiorẽ hoiem. ſm ꝓo hoiem exteriorẽ. ij. ad Corinth iiij. dicẽs. Licet is q̃ noſter eſt hõ exterior corrumpat. ſ. corp⁹ tñ is qui noſter eſt hõ interior renouat de die in diẽ. i. mẽs rõnalis. Mali igitur eſtimãt pricipale eſſe in eis naturã ſenſitiuã vt corp⁹. vñ nõ recte cognoſcentes nõ vere diligũt ſeipſos qꝛ nõ ſm id qd' vere ẽ principale in eis. Boni vero cognoſcentes vere ſeipſos. vere ſeipos diligũt. qꝛ ſm id qd' vere eſt principale in eis. i. ſm mentẽ rõnalẽ. Et hoc probat phs. ix. ethi. per quinqꝫ que ſunt amicitie ꝓpria. vnuſquiſqꝫ enim amicus primo quidẽ vult ſuũ amicum eſſe ⁊ viuere. ſecũdo vult ei bona. tertio operatur bona ad ipſum. quarto cõuiuit ei delectabiliter quinto concordat cũ ipſo in eiſdẽ ↄtriſtatus ⁊ delectatus. Et ſm hoc boni diligũt ſe ipſos qꝫtum ad interiorem hominẽ. qꝛ volũt ipm ſeruari in ſua integritate. ⁊ optant ei bõa q̃ ſunt bona ſpũalia. Et opan

tur diligēter ſpūalia bona. Et delectabile ad cor ꝓpriū redeūt qr ibi inueniūt bonas cogitatō nes in pñti ⁊ memoriā bonorū pteritoꝶ ⁊ ſpē future btitudis ex quib9 delectatio cauſaꝛ. Similiter etiā nō patiūtur in ſeip ſis volūtatis deſcenſionē. qr to ta aīa eoꝶ tendit in vnū. E cō trario aūt mali nō volūt ꝯſuari integritatē interioris homis neqꝫ appetūt ſpūalia ei9 bōe neqꝫ ad hec operātur neqꝫ delecta bile ē eis ſecū cōuiuere redeun do ad cor. qr inueniūt ibi mala ⁊ pñtia ⁊futura que ⁊ pterita q̄ abhorrēt neqꝫ etiā ſibiipſis con cordāt ꝓpter ꝯſciam remorden tē. Et ſic ꝯcludēdo rñdet tho. ad primū argumentuꝫ ꝙ mali amāt ſemetipſos amore illo ꝓ prio q̄ eſt ipſoꝶ maloꝶ ꝑuenīeſ vſqꝫ ad ꝯtemptū dī. qr ſic incli nantur ad exteriora bōa ꝙ ſpū alia ꝯtēnunt. Ad ſcōm aūt ar gumentū dicit tho. ꝙ naturalꝛ amor nō tolliꝛ a malis ſꝫ puer titur mō iā dicto. Ad tertiū ꝓ arg. dicēdū ꝙ mali qui ſe repu tant bonos decipiunt ſeipſos et ita amor eoꝶ ad ſe eſt apparēs qm̄ q̄ faciūt iniq̄tatē hoſtes ſūt aīe ſue. Propterea xp̄s dixit Joban. xij. c. Qui amat aīaꝫ ſuā ꝑdet eā. Et q̄ odit aīam ſuam in h̄ mūdo in vitā eternā cuſto dit eā. Amare aīam in h̄ mun do eſt hec tꝑalia bona cuꝫ pctō velle ⁊ acq̄rere. Et lꝫ hoc videa tur ex amore ꝓcedere. odio tam̄ magis ē imputandū. qr ſic acq̄ quiriꝛ eterna ꝑditio.

¶ Nō odiū proximi eſt graue pctm̄ ⁊ de originalib9 ei9 cauſis atqꝫ trib9 peſſimis fructibuſ ex odio procedētib9

## Capitulum tertium.

Ertiū eſt odiū proximi de quo cōſideremus tria. videlicꝫ

¶ Primo ei9 offenſionē.

¶ Scdō ei9 originationē

¶ Tertio ei9 fructificationē

¶ Primo conſideremus de odio proximi offenſionem. Eſt enim peccatum odium proximi ab alijs diſtinctum ⁊ mortale qñ ē ſm̄ deliberatōeꝫ ratōis. Qd̄ probaꝛ. Nā Johā. i. ſua canonica. c. ij. ait. Qui odit fratrē ſuū in tenebris ē. ⁊. iij. capi. Qui odit fratrē ſuū hōicida ē ſcꝫ aīe ſue. ⁊ de pe. dī. i. c. Hōicidioꝶ. Nā q̄ occidit ⁊ q̄ odit et q̄ detrahit pariter hōicida eſt.

¶ Sꝫ poſſet q̄s obicere ꝙ non omne odiū ꝓximi ſit peccatuꝫ. Et primo ꝓbatur qr nullū pec catū inueniꝛ i ꝓceptis vel in cō cilijs diuine legis ſm̄ illud pro uerbioꝶ. viij. c. Recti ſunt oēs

ſermones mei. vñ nõ eſt in eis
prauũ qđ necꝫ ꝑuerſum. Sꝫ
Luce. xviij. dicit. Si qs venit
ad me ⁊ nõ odit prẽꝫ ſuũ ⁊ ma
trẽ ⁊ vxorẽ ⁊ filios adhuc autẽ
⁊ aĩam ſuã nõ poteſt meus eſſe
diſcipl's ¶ Scđo ꝓbaꝛ ꝙ odi
um proximi nõ ſemꝑ ſit pctm̃.
Nã odire peccatores nõ eſt pec
catũ ſed peccatores ſunt proxi
mi nr̃i. qꝛ vt dicit Augꝰ. in. i.
de doctrina xp̃iana. Cuꝫ dicit
diliges ꝓximũ tuũ oẽm hoĩem
noueris proximũ eſſe putandũ
ergo ⁊c̃. Qđ aũt pctõres odio
ſint habẽdi patꝫ ex ṽbo Dauid
ſacti q̇ dixit. Iniquos odio ha
bui ⁊ legẽ tuã dilexi Inſuꝑ pec
catoribꝫ exoptabat mala inqui
ens. Cõuertanꝛ pctõres ĩ iſer-
nũ. ¶ Tertio probaꝛ ꝙ odium
ꝓximi nõ ſemꝑ ſit pctm̃. Om
ne eni pctm̃ repugnat nature.
ſed odire inimicũ eſt naturale.
ḡo ⁊c̃. Rñdet tho. ij. ij. q. xxv. et
q. xxxiiij. ꝙ duo pñt in hoĩe ꝯſi-
derari. Natura. ſ. ⁊ culpa ſcđm
naturã quã a deo hñt capaces
ſunt beatitudinis ſuꝑ huiuſ cõ
municatõe fundaꝛ caritas. et
ſm hoc oẽs hoĩes diligẽdi ſũt
boni ⁊ mali ⁊ nullus odiẽdus
ſm culpã vero q̃ aduerſantur
deo pctõres ſunt odiendi etiaꝫ
pater mater ⁊ propinqui. De-
bemus enim in peccatoribus
odire ꝙ peccatores ſunt. ſꝫ dili-
gere ꝙ homines ſunt. Vñ leo
papa. diſtin. lxxxvi. cap̃. Odio
Odio inquit habeantur pec-
cata ⁊ nõ homines. ⁊ ſic ſoluũ-
tur obiecta. Nã parẽtes quan-
tum ad naturam ⁊ affinitateꝫ
qua nobis coniunguntur ſecũ
dum preceptum dei et nature
diligẽdi ſunt ⁊ honorãdi Odi
endi autem ſunt quantum ad
hoc ꝙ impedimentum preſtãt
nobis tendendi ad perfectionẽ
diuĩe iuſticie. Sic dauid odio
habebat peccatores. quia odie
bat illorum iniquitatẽ. Simi-
liter inimici habẽdi ſunt odio
non q̃ꝫtum ad naturam et bõa
que habent a deo. ſed quantũ
ad eorum culpam ſcđm quaꝫ
ſunt nobis inimici. ¶ Secũdo
conſideremus de odio proximi
originationem. ſecundum eniꝫ
Durandum ordinis minoruꝫ
in ſumma ſua ex triplici cauſa
oritur odium.

¶ Prima eſt diſplicentia veri-
tatis.

¶ Secunda eſt diſplicẽtia bo
nitatis.

¶ Tertia diſplicentia recepte
penalitatis

¶ Prima eſt diſplicentia veri-
tatis. Aliqui enim ſunt ita per
uerſi ꝙ odio hñt diligentes ſe ⁊
amãt odiẽtes ſe. i. q̇ ve nocẽt ſi
bi inducẽtes ad mala ⁊ ecõtra
retrahentes a malis ꝑ admoni

tionē odiūt. ⁊ hoc ꝓpter diſpli centiā veritatis. Unde Terē tius ait. Ueritas odiū parit. De nūero hoꝝ fuit acha b rex iſrael qui dicebat de Michea ꝓpheta. Ego odi eū qꝛ non ꝓ phetat mihi bonū tm̄ ſed malū vt ſcribit᷑. iij. regū. xxij. capi. qa eīm dicebat ſibi ꝟitatē rephen dens eū ⁊ ꝑnuncians que īcur reret cū populo ꝓpter peccata ſua ⁊ nō adulabat᷑ regi vt pſeu do ꝓpheti qui ꝑnunciabāt ſi bi ꝓſpera. ideo ipſū Micheā odiebat. ¶ Secūda cā eſt ex q̄ naſcitur odiū ē diſplicētia bo nitatis. Mali eīm eoipſo qꝺ mali ſūt bonos videre vel bo na de eis audire nō pn̄t. qꝺ p cedit ex inuidia vel qꝛ ꝟtꝰ bo noꝝ ꝯfundit ⁊ obſcurat mali ciam iniquoꝝ. ſic Gen̄. xxxvij. c. dꝛ de Joſeph ꝙ oderant euꝫ frēs ſui nec poterant ei qui cꝙ pacifice loq. qꝺ erat ꝓpter ſin gularem bonitatē eius. Unuſ qſqꝫ eīm ait Hiero. moꝛibꝫ ſuiſ fauet Sic eīm ouis delectabili ter cōuerſat᷑ cū oue ⁊ lupus cū lupo. ita ⁊ malus delectatur ⁊ amat malos ſimiles ſibi. ⁊ bo nos ꝯꝛios moꝛibus ſuis odit. ¶ Tertia cauſa ex qua oꝛitur odiū ē diſplicentia ꝯcepta ex aliqua iniuria recepta. Sicut abſalon odiebat amon fratrē ſuū ꝓpter oppꝛeſſionem ſoꝛoꝛis ſue thamar ſimulauitqꝫ diſpli centiā quouſqꝫ vindicaret in iuriā fratre occiſo. vt ſcribitur ij. regū. xiij. c. Sic eſau oderat fratrē ſuū iacob ⁊ minabatur occidere qꝛ abſtulerat ius pꝛi mogeniture ⁊ paternā benedi ctionē. vt pꝫ Gen̄. xxvij. ca. qꝺ tm̄ iacob iuſte fecerat. Eſt autē pctm̄ iſtud ml'tū generale ⁊ ſa tis multiplicatū. Nam vix ho mines odiū ſemel ꝯceptū no lunt dimittere quaſi licitū eis videat᷑. Nec aduertūt ꝙ dū in odio manēt nō tantum vnum peccatum moꝛtale committūt ſed totiens quotiens iniuriam receptam ad memoꝛiam re uocātes actualitatē illis optāt quos odiū. Quod aūt dictuꝫ eſt antiqs Odio habebis ini micū tuū Matthei. v. c. Non erat illa ſn̄ia in lege dei. ſed fal ſa glo. quā faciebāt legis do ctoꝛes ſup illud Leuiti. xvi. c. Diliges amicū tuū ſicut teipꝫ. Et hoc arguebāt a ꝯꝛio ſenſu dicētes Ex quo amicus diligi ꝑcipit᷑. ergo p ꝯꝛiū inimicꝰ odi ri mandat᷑. Sed tale argumē tū ē validū qn̄ ꝯꝛiū nō habet in lege Sed expꝛeſſe mandabat deus ꝯꝛiū in ipſa lege ſtatuens ꝙ ſi qs tranſiēs p viaꝫ videret iumentū inimici ſub ſarcina i terrā lapſum nō ptranſiret ſed iuuaret ad leuandū ipſū. ideo

xp̄s talē falſam expōnē repro/
bans ait. Ego aūt dico vob
diligite inimicos veſtros.
¶ Tertio ↄſiderem⁹ de odio
p̱ximi fructificationē. p̱ducit
eñ tres peſſimos fructus
¶ Prim⁹ ē cordis oduratio
Scd̄a crudelitatis actio.
¶ Tertio dānificationis mali
ḡnatio.
¶ Primus fruct⁹ ē cordis ob
duratio. Odiū eñ inter cete/
ra peccata indurat cor terribi
liter vt merito poſſit de odien
te verificari illud qđ dr̄ Job.
xli. Cor ei⁹ indurabit̄ quaſi la
pis. Conditiōes aūt duri cor
dis ponit Bernardus in li. de
ↄſolatiōe ad Eugeniū dicēs.
Cor durū ē qđ nec cōpūctione
ſcindit̄. pietate nō molit̄. p̄cib⁹
nō flectit̄. minis non cedit. fla/
gellis obdurat̄. Cor durū ait
ſapiens male hēbit in nouiſſi
mo. Hec oīa impleri vidētur
in odiente. nā cor eius nō pōt
habere ↄtritionē. vñ nec in cō
feſſione abſolutionē nec veniā
nec corōnē. Expreſſe eñ dr̄ de
pe. di. v. c. Falſas. ꝙ talis qui
odiū tenet̄ in corde admitti ñ
debet ad pniaȝ. ſ. ꝙ abſoluat̄ a
ↄfeſſore. ꝛ quantomagis p̱ma
net in odio tātomagis indura
tur. Pietate tñ molit̄ talis. qa
ꝛ ſi viderit inimicū in aduerſi
tate non cōpatit̄ ſed appetit ei
maiora mala vſqȝ ad ↄſūpti
onē. Sic iudei odiētes xp̄m ñ
fuerūt moti pietate ad ipm cū
viderent eū terribiliter flagel
latū quod fecerat ad flectēdū
eos ad pietatē erga eū. ſed vo
luerūt eū oīno crucifigi vt ſa/
tiarent̄ de penis acerbiſſimis
eius ꝛ obp̱brijs. Nec flectit̄
p̄cib⁹ obediēs. Nā ſi amici vi/
cini ꝛ religioſi ꝛ p̄lati dep̄cent̄
tales vt odia dimittāt ꝛ inimi
citias nō acquieſcūt. Non ce/
dit minis odiens. qr ꝛ ſi fiant
ei cōminatiōes a p̄dicatorib⁹
multoꝝ maloꝝ q̄ deus p̱ odio
ſuo inferret ꝛ p̄cipue dānatio/
nis eterne nō videt̄ curare. Fla
gellis obdurat̄. nā incurrit in
dāna ꝛ īfirmitates mortē fami
lie ſentit ꝛ tñ odiū tenet Unde
ꝛ in nouiſſimo male hēbit qr in
morte cū odio trāſiēs a demo
nib⁹ crucidād⁹ ad inferna de
ſcendet. ¶ Secūdus peſſimus
fruct⁹ odij ē crudelitas. Cain
ex odio ita crudelis factus eſt
vt nō parceret germano abel
innocēti. Geñ. iiij. c. Egyptij q̄
oderāt Heb. vt habet̄ Exodi
i. c. affligebāt eos multis mo/
dis vſqȝ ad ſubuerſionē puu/
loꝝ naſcentiū in flumie. ¶ Ter
tius fruct⁹ odij ē dānificatio.
nā odiēs q̄rit in exoſo ſeptem
genera domnoꝝ vel ſimul vt ſe
patim. ꝛ in q̄libet cōmittitur

moꝛtale. ¶ Pꝛimũ dãnũ ĩ ſub/
ſtantia appetẽs ꝙ ipam amit/
tat vel diminuat ⁊ ad hoc opa
tur ſi poteſt per ſe vel p alios.
¶ Scõm damnũ ĩfama. qꝛ de
trahit ſibi ⁊ bõa audita de exo
ſo ꝑuertit. ¶ Tertiũ damnum
in patria qꝛ querit qũo expellat
de ciuitate vel ſaltẽ hoc deſide/
rat ¶ Quartũ damnũ in fami
lia. quia appetit infirmitatem
vel moꝛtẽ filioꝝ vel dãnatõem
et iniurias eius. Quintũ dã
nũ in libertate. qꝛ appetit ꝙ in
carceretur ꝓpt debita ⁊ simi
lia. ¶ Sextũ damnũ in coꝛpoꝛe
qꝛ cupit illũ infirmari vel moꝛi
Vñ ⁊ ſi ipſe nõ occidat deſide
rat ꝙ deus vel alius id faciat.
¶ Septimũ damnũ ẽ ĩ anima
qꝛ vellet aĩam ei⁹ ad ĩferna de/
ſcẽdere. Sed ecõuerſo deponẽ/
tib⁹ odia ꝓpter xp̃m ⁊ inimicis
veniã petẽtib⁹ ob eius amoꝛem
indulgẽtib⁹ abũdantiſſime gra
tia ei⁹ infunditur. Grãdis ẽ vti/
ꝗ hec elemoſina coꝛdis ⁊ deo
bñdicto acceptiſſima mirũ in
modũ. Dixit enim dñs ieſus
xp̃s Mathei. vi. c. Si eniz di
miſeritis hoĩb⁹ pctã eoꝝ dimit
tet vobis pater vr̃ celeſtis pctã
vr̃a. Et vt nos moneret exẽplo
exiſtẽs in cruce. p⁹ vincl'a. poſt
flagella poſt ſputa. poſt liuoꝛes
poſt coꝛonã ſpineã pendens in
medio latronũ ꝓ ſuis ꝑſecutoꝛi
bus oꝛauit dicẽs Pr̃ ignoſce il
lis qꝛ neſciũt qd faciũt. O pi
um verbũ. O ardẽs dep̃catio
O deniꝗ inaudita manſuetu
do. Nõ cõqueritur benign⁹ ie
ſus. Nõ imp̃catur malũ iude
is crudeliſſimis ſed veniã quã
tñ nõ meruerũt. Idcirco q̇ ſuo
amoꝛe odia deſerũt ſibi ad mo
dũ cõplacẽt ipſiſꝗ ſeſe quoddã
mõ reddit obligatũ. ¶ Vñ ex/
tat exemplũ de ſancto Johãne
gualberto. Hic cũ miles foꝛet
⁊ inimicitias haberet moꝛta/
les cũ quodã q̇ ei⁹ auunculum
interfecerat vna dieꝝ cum eſſꝫ
armis accinct⁹ ⁊ inueniſſet ini
micũ ſuũ ſolũ ⁊ inermẽ aggreſ
ſus eſt eũ vt interficeret. Ad il
le ꝓſtrat⁹ in terrã rogauit eum
ob amoꝛẽ illi⁹ q̇ tali die ꝓ nob
oĩb⁹ paſſus fuerat vt ſibi ign̊ſce/
ret. Erat enim ſexta feria. Ad
cui⁹ p̃ces ſubito emolitũ ẽ coꝛ
ei⁹ Et odio depoſito dixit Ob
amoꝛẽ crucifixi nõ poſſuꝫ tibi
nõ indulgere cũ ip̃e ꝓ nob ini/
micꝭ ſuis moꝛtẽ guſtauerit iſta
die. vade igit ſecur⁹ ⁊ bñ fac qꝛ
ego tibi oẽm iĩuriã rẽitto Poſt
qd cũ acceſſiſſet ad ecciam ſcti
miniatꝭ ꝓpe floꝛentiã in monti
culo vbi nũc moranꝛ monachi
mõtis oliuaꝝ oꝛãti ipi añ ima
ginẽ crucifixi q̃ imago inclina
uit ſibi caput q̃ſi grãs agẽs de
iniuria remiſſa inimico ꝓpt eũ

Et adhuc oñdiꝛ ibi talis ima-
go. Et ita cõuerſus eſt ille Jo-
hãnes gualbertꝰ ad eũ ꝙ dimiſ-
ſo ſclo ordinẽ inſtituit ſpãlem
ſcȝ vallis vmbroſe ⁊ miraclis
multis claruit canonizatꝰ ab
eccia. Deponãtur ergo odia et
ceſſent diſcordie. vt ſic digne ſu-
ſcipiẽtes viuificũ ſacrꝫ dignos
nos faciamꝰ gr̃a xp̃i q̃ eſt bñdi-
ctus in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amẽ.

¶ Feria q̃rta pꝰ dñicã oliuaruȝ de mirãda cõuerſione latronis pẽdentꝭ i cruce. Sermo. xlv

Amen dico ti-
bi hodie mecũ eris
in paradiſo. Pijſſi-
mi ieſu ad latronẽ
loquentis. Verba
ſunt iſta originaliꝛ Luce. xxiij
c. ⁊ in euã. ho. Dũ pendebat in
cruce ieſus xp̃s filiꝰ dei ꝑ ſalu-
te hoib9 afferẽda exhibuit miſe-
ricordiã ſuã latroni q̃ crucifixꝰ
erat a dextris eiꝰ. In illo q̃ꝑpe
fiducia daꝛ oib9 pctõrib9 q̃ ad
pniam redire diſponũt vt ſecu-
ri currãt ad pedes ſaluatoris
mũdi q̃ neminẽ abijcit ad ſe cõ-
fugientẽ. ⁊ vt inq̃t deuotꝰ Ber-
nar. hoiem alloquẽs pctõrem
Caput hȝ xp̃s inclinatũ ad te
ſalutandũ. Os clauſum ad te
oſculãdũ pedes crucifixos ad
tecũ ꝑmanendũ. brachia apta
ad te amplexandũ. latꝰ apertum
ad te diligendũ. ⁊ totũ corpus
in cruce extẽſum ad ſe totũ tibi
largiendũ. Propterea vt ardẽs
caritas filij dei ad latronẽ con-
uerſum ⁊ q̃ſlibet hũiliatos pec-
catores noſcaꝛ. in p̃nti ſmõe d̃
illo latrone tria myſteria declarare ſtudebimus.

¶ Primũ erit de ipius merito

¶ Scðm de ipiꝰ premio

¶ Tertiũ de ipſiꝰ priuilegio

¶ De ſeptẽ ꝟtutib9 latronis a ſpũſcõ ſibi infuſis in q̃b9 appa-
ret ãplitudo meriti eiꝰ.

Capitulum primũ

Rimũ myſteriũ decla-
randũ erit de illius la-
tronis merito. Nã ple-
riq3 miranꝛ q̃uo ille q̃ ꝑ ſuis ſce-
lerib9 publico ſupplicio ꝯdẽna-
tus fuit in extremo vite ſue q̃ ſi-
bi auferebaꝛ violẽtia paſſiõis
meriti potuit vitam eternam.
Quibus reſpondemus ꝙ pec-
cata p̃terita etiã grauia ⁊ enor-
miſſima adhuc in extremo de-
leri poſſunt per penitentiaȝ vn-
de ⁊ ſic penitens fit dignꝰ eter-
na requie. Hinc Hieronymꝰ
ad damaſum papam. ⁊ de pe.
di. i. capitulo Importuna. ait.
Chriſtus de cruce in paradi-
ſum latronem tulit ⁊ ne quis
aliquando ſeram conuerſioneȝ
putaret fecit homicidij penam
martyriũ. ⁊. xxvi. q. vi. ca. Si
p̃ſbyter ſcribitur. Vera ꝯfeſſio
in vltimo ꝑe poteſt eſſe: q2 dñs

cientes non deficiamus. ꝛ iteꝝ
ibi. Dū tempus habem⁹ ope-
remur bonū. ꝛ Joh. i. canoni-
ca. c. iij. Qui bn̄facit ex deo eſt
ꝛ aug⁹. xxxviij. diſ. ca. Nullus
Qui recuſat bona agere mag̃
diaboli ꝙ xp̄i membꝝ eē oſtē
ditur ꝛ potius infidelis ꝙ fide
lis eſſe monſtratur. Et ſalua-
tor noſter Matthei. v. c. Sic
luceat lux veſtra coram homi-
nibus vt videant opa vr̄a bo
na. Sed quantū ad opa videt
quaſi vbiqꝫ fides extincta dū
illi qui xp̄iano cenſentur nomi
ne ꝓ maiori pte oēs declinaue
runt ꝛ inutiles facti ſunt nec ē
q̄ faciat bonū vix vſqꝫ ad vnū
Adaucta qppe eſt diaboli ma
licia ꝛ multoplures ſequuntur
opera tenebraꝝ ꝙ lucis. quod
verū n eſſe per experientiā co
gnoſci poteſt. dum xp̄iani die-

bus iſtis cōtra xp̄m eiuſq; do
ctrinam vitam ſuam ducant i
quolibet genere viciorum. Nō ſic
non ſic decet xp̄ianos viuere.
ſed iuſte ſobrie ⁊ pie expectan-
tes beatā ſpem ⁊ aduentū glo
rie magni dei. ad quā nos per
ducat ille qui eſt bn̄dict⁹ ⁊ lau
dabilis in ſecula ſclor̄ amen.

¶ Feria tertia poſt dn̄icam re-
ſurrectionis de iocūda pace
Sermo. lij.

Ixit eis pax
vobis Scribuntur
hec v̄ba Luce. xxiiij
c. ⁊ in euangelio ho
dierno. Rem p̄gratiſſimā effi-
ciunt eterno patri p̄dicatores
verbi dei qui populis annūci-
ant alta p̄conia pacis. Jnquit
em̄ Iſaias. lij. c. Quā pulchri
ſup̄ montes pedes annūcian-
tis ⁊ p̄dicantis pacem. Per il
lam quippe homies filij dei vo
cari merentur Unde chriſtus
ieſus Mathei. v. ca. dicebat
Beati pacifici quoniā filij dei
vocabuntur Hanc antiquus
hoſtis vehement' exhorret quā
a principio ſue cōditiōis expu
gnare conatus eſt. Jn celo qp-
pe empireo angeli tenebrarum ad
p̄lium cum angelis boniſ atq;
exinde beatis totis ſuis virib⁹
contenderunt Et quia recuſa-
uerūt eſſe pacifici a deo repro-
bati ſunt ⁊ de celo expulſi atq;
ſupplicio ſempiterno adiudicati.

¶ Propterea ſimiles illis fiunt
qui iurgia querunt lites ſectan
tur. odia fouēt. rixaſ exercēt. bel
laq; volunt iniuſta. Tales. vti-
q; xp̄iano nomine indigni cre-
ſcendi ſunt. qui cum xp̄o p̄tem
habere nō poſſunt. Jdcirco in
p̄nti ſermone de laudib⁹ pacis
dicere ſtatui quā xp̄s poſtq; a
mortuis ſurrexit diſciplis blā
do ſermone annūciauit. ¶ De-
clarabimus itaq; de ipſa pace
tria myſteria.

¶ Primū dicit diſtinctiōis
¶ Secundū cōmēdatiōis
¶ Tertiū fructificatiōis.

¶ De multiplici pace. ſ. ſimulata
ta inq̄nata ⁊ ordinata q̄ adhuc
multipliciter diſtinguit.

Capitulum primū.

Rimū myſteriū de-
clarandū de pace di
citur diſtinctionis.
Poſſum⁹ eni diſtin
guere triplicē pacē.

¶ Prima dicit inq̄nata.
¶ Scd̄a ſimulata.
¶ Tertia ordinata.

¶ Prima eſt pax inquinata et
vicioſa illorum videlicet q̄ ſunt
in malo concordes. Talis pax
etiam inter demones reperitur
pro quibus Chriſtus dicebat
Lu. vndecimo et Mathei. xij

Omne regnū in ſeipm̄ diuiſū
deſolabit̄. Si ſathan in ſeipm̄
diuiſus ē quō ſtabit regnum
eius. Ut em̄ inq̇t Tho. i. pte.
q. cx. Inter demones ē p̄latio.
q2 demonū quidā naturali or
dine ſub alijs ꝯſtituunt̄. vnde
actiones eoꝝ ſunt ſub actioni
bus ſupioꝝ. ⁊ hoc ē qđ rōnem
p̄lationis facit. vt. ſ. actio ſub
diti ſubdat̄ actione p̄lati. qua
re illi qui naturaliter ſūt ſapiē
tiores ⁊ potētiores alijs impār
minoribꝫ illis ⁊ illi obediunt.
Et ꝯcordia eoꝝ nō eſt ex ami
citia quā inter ſe habeant. ſed
ex cōmuni nequitia qua hoīes
odiūt ⁊ dei iuſticie repugnant
Eſt em̄ etiā hominū impiorū
vt eis ſe adiūgant ⁊ ſubijciant
ad ꝓpriā nequitiā exequendā
quos pociores viribꝫ vident.
Nec in demonibꝫ accidit ad
bonū ſuperioꝝ ꝙ eis inferiores
ſubdant̄. ſed magis ad maluꝫ
eoꝝ q2 cū mala facer̄ maxie ad
miſeriā ptineat p̄eſſe ī malis ē
eē magꝭ miſeꝝ. hec Tho. ſicut
ergo pax demonū reprobata ē
ita ⁊ pax atq; concordia ma-
loꝝ hoīm. adulteroꝝ. latronū
luſoꝝ. guloſoꝝ. ⁊ ſimiliuꝫ. Iō
ieſus benedictus Marthei. x.
c. dixit. Nolite putare ꝙ vene-
rim pacē mittere in terrā. Nō
enim veni pacē mittere ſꝫ gla-
diū. Ueni enim ſepare hoīem

aduerſus hoīnē. filiū aduer-
ſus patrē ſuū. ⁊ filiā aduerſus
matrē ſuā. ⁊ nurū aduerſus ſo
crum ſuā. Que oīa intelligen
da ſunt de ſepatione rōnabili
cū. ſ. quis diſcordat ⁊ ſeparat̄
ab aliquo q2 ipſe vult dei vo-
luntatē implere. Ille ꝟo q̄rit ⁊
ſtudet vacare vitijs quo caſu
licet filio timēti deū diſcorda
re a patre ſectāte veſtigia dia-
boli ⁊ ſimilia. ¶ Scđa pax eſt
ſimulata. Hec eſt illoꝝ qui in
corde odiū abſcondētes ligua
ſe dicant beniuolos ⁊ amicos
De quibꝫ ait dauid in p̄s. Lo
quunt̄ pacē cū ꝓximo ſuo. ma
la aūt in cordibꝫ eoꝝ. ¶ Talis
fuit pax carthaginenſiū quam
ſimulate petebant a romanis.
Ut eni narrat Titus liuius.
Poſtq; in africā ſe ꝯtulit ſci-
pio africanus exiſtēte hāniba
le in italia victis iam ſepe car
thaginenſibꝫ carthago varijs
terroribꝫ agitata ad hanniba-
lem legatos miſit vt celeriter
ſuccurreret patrie piture. Cō-
ſequenter triginta p̄ncipes ſe-
nioꝝ qđ ſanctiſſimū in illa vr
be ꝯſiliū erat ꝓ petenda pace
mittunt̄ ad ſcipionē q̇ iam ex-
tructa caſtra ſua in conſpectu
carthagis locauerat. Fiebant
aūt hec nō pura fide. ſed vt ꝑ
verba pacis tēpus efflueret. q
ciues anxij reſpirarent. donec

hannibal remearet legati vbi
in castra romana ⁊ in ꝑtoriuꝫ
venerũt more adulãtiũ ãte pe
des ducis ꝓstrati ꝓcubuerũt
quoꝝ sñia hec fuit Nolle se crimẽ
vel excusare vel negare. sed il/
lis tribuere quoꝝ esset: hoc est
nõ populo ciuitatis sed hãni/
bal suisq; cõplicib9 qb9 tumul
tuari ⁊ furere ⁊ ex bellis bella
serere semper magnificũ visũ ẽ
Igitur populo ⁊ inocenti vrbi
veniã petũt ꝯcludentes se face
re quecũq; iusserit. Tunc Sci
pio leges pacis dixit. ¶ Pria
fuit ꝙ oẽs transfugas ⁊ fugiti/
uos restituant. ¶ Secunda ꝙ
exercitus oẽs ab italia dedu/
cant ⁊ hispania sicilia ⁊ sardi/
nia. ¶ Tertia ꝙ omnibus inter
italiã ⁊ africã insulis ꝑpetuo
abstineant. ¶ Quarta ꝙ naues
omnes longas tradant preter
viginti in vsus pacificos reſ/
uatas. ⁊ ꝙ pararent certã quã
titatem frumenti ⁊ hordei ⁊ ꝙ
soluerent adhuc aliqua talẽta
auri ⁊ argenti. Cũ his condi/
tiõib9 inquit Scipio. Si pax
placet infra triduũ respondete
Nam firmabimus inducias ⁊
legati romã ad senatũ mittent
Carthaginẽses infra terminũ
pacis conditiones approbant
Duplex ergo legatio. Una ad
scipionẽ inducias firmatura.
Altera ad senatũ pacẽ petitu

ra decernitur. Et cũ legat9 ad
Scipionẽ captiui ⁊ transfuge
aliqui remittunt vt res bona fi
de credatur geri. Et romã le/
gati penoꝝ iuuenes missi sunt
vt etas fraudem tegeret ⁊ ig/
norantiam excusaret. Pẽden
te autem pacis negocio ⁊ du/
rantibus treugis captis mul/
tis nauibus romanoꝝ cartha
ginenses fregerũt induciarum
fidem. Neq; tamen tot offen/
sis constantiam Scipionis in
uida carthago fregit. Quib9
legatis hostiũ cum suis ab vr
be redeuntibus ius gentiũ sal
uum vellet cauens hostiles mo
res quos oderat emulari. qui/
bus ad se perductis. Ite inq̇t
securi multoq; benignus apđ
romanos in bello ꝙ romani
apud vos inter inducias ha/
biti. Ecce ꝙ carthaginẽses cũ
pace simulata damnificauerũt
romanos. Qui tñ postea han
nibale a scipione deuicto facti
sunt ⁊ ipsi voluerint noluerint
tributarij romanoꝝ. Caute er
go semper agendũ. quia vt ve
geti9 li. ij. đ re militari ait. Fre
quentius conuentionũ pacisq;
simulatio credulis magis no
cuere ꝙ arma. Sed vhe illis
qui confidentes in malicia sua
ꝑditionib9 querũt alios subij
cere sibi. q2 deus vltor est iniq
tatis illoꝝ. Diligit enĩ ṽitatẽ

diligit ⁊ fidē. ob qđ aug⁹. xxiij q. i. c. Noli inq̄t. Fides q̄n pro mittit̄ etiā hoſti ſeruāda ē. Sȝ hoc loco incidenter querit̄. an in bellis licitū ſit vti inſidijs: cū inſidie fraudeſ q̄dā videant̄ eſſe ⁊ per ꝯñs ad iniuſticiā ꝑti nere. ¶ Ad quod rñdet Aug⁹ dicens. Cū iuſtū bellū ſuſcipi tur vtꝝ apte pugnet aliq̄s an ex inſidijs nihil ad iuſticiā iter eſt. Eſt de hoc exemplū ioſue cui mandauit deus vt inſidiaſ poneret ꝯ habitatores ciuita/ tis Hay. vt ſcribit̄ Joſue. viij c. ¶ Sed notādū vt dic̄ Tho. ſcđa ſcđe. q. xl. ꝙ īſidie ordinā tur ad fallendū hoſtes. ¶ Du pliciter aūt pōt quis falli ex fa cto vel dicto alterius. ¶ Uno modo ex eo ꝙ ei đr falſum vel nō ſeruare promiſſum. ⁊ iſtud ſemper eſt illicitum. ⁊ hoc mo do nullus debet hoſtes fallere Sunt eñ quedā iura bellorū ⁊ federa etiam inter ipſos ho/ ſtes ſeruanda vt ambro. ponit li. de officijs. ¶ Alio modo po teſt quis falli quia ei ꝓpoſitū aut intellectum non aperimus hoc autē facere ſemꝑ non tene mur. vnde inter cetera docu/ menta rei militariſ hoc p̄cipue ponitur de occultandis conſi/ lijs ne ad hoſtes perueniant. ⁊ talis occultatio pertinet ad ra tionem inſidiaꝝ quibus vti li citū eſt vti in bellis iuſtis. nec ꝓprie huiuſmodi inſidie vocā tur fraudes nec iuſticie repug nant nec ordinate voluntati. Eſſet eñ inordinata volūtas ſi aliq̄s vellet nihil ſibi ab alijſ occultari. aliud eſt ergo vti in ſidijs modo dicto. aliud ſub colore pacis frangere fidem.

¶ Tertia pax đr ordinata que multiplex adhuc eſt ¶ Prima eſt pax hoīs ⁊ dei. de qua inq̄t auguſtin⁹ li. xix. de ciui. dei. ꝙ eſt ordinata obediētia in fide ⁊ lege eterna hominis ad deū Hanc franciſcus de maronis in quodam ſermone de natiuit tate ieſu xp̄i vocat pacem the/ articam qua ꝑuati ſūt omnes in peccato mortali cōmoran/ tes qui in ſcripturis vocantur inimici dei. vt diximus in ſer/ mone de amore dei ad animā in quadrageſimali de peniten tia. ¶ Scđa eſt pax ierarchica hominū. ſ. ⁊ angeloꝝ dum vi/ delȝ homines ſtudent morem gerere angelis cuſtodientibus ꝓpterea Bernardus ait. In q̄ vis angulo. in quo vis diuer/ ſorio reuerentiā exhibe angelo tuo. ¶ Tertia eſt pax iconomi ca habitantiū. ſ. in vna domo Et de hac dixit Sapiēs eccle ſiaſtici. xxv. c. In tribus bene/ placitum eſt ſpiritui meo que ſunt grata coram deo ⁊ homi

nibus .amor fratrum. concordia primorum. vir et vxor sibi bene conſentientes.¶ Quarta ē pax monaſtica vnius ad ſeipſum. dum.ſ.ratio imperat viribus inferioribus et vires inferiores ſubijciuntur rationi.
¶ Quinta eſt pax politica eorum qui habitant in vno regno vel in vna ciuitate. Eſt enim politicia ſm ariſtotelem in ſecūdo politice ordo quidam inhabitantium ciuitatē. Ciuitas autem eſt ciuium quedam multitudo. Ad pacem igitur ciuitatis multum facit ordo dum.ſ. minores reuerentur maiores et maiores adiuuant minores et equales equalibus iura ſua reddunt. ppterea inquit ſapiens prouerbiorum.xi.c. In benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas. et ore impiorum ſubuertetur et.xxix.ca. Omnes peſtilentes diſſipant ciuitatem cum.ſ.nolunt ordinate nec ſm leges viuere. nam vt ariſtoteles in.v.politice ait Vbiqʒ ppter ineqle ſeditio ē.
¶ Quod pax cōmendatur ex eo quia grato eſt deo. et xp̄s filius eius illā dilexit que etiam a ſanctis pdicatur. Capitulū.ij

Ecūdū miſteriū declarandū de pace dicitur cō mendatiōis. Triplex enim eſt pacis cōmendatio.
¶ Prima dr dei gratificatio.
¶ Secunda filij dei dilectio.
¶ Tertia ſanctorum predicatio.
¶ Prima cōmendatio pacis dr dei gratificatio. Eſt quidē omnipotenti deo grata et acceptiſſima. ideo per Hieremiam c.xxix.ait. Ego cogito cogitationes pacis et non afflictiōis Et.i.ad corinthios.xiiij.cap̄. apoſtolus ait. Non eſt diſſentionis deus ſed pacis.¶ Sed cur inquiēs deus bella ſinit p ſepe inter homines fieri ſi pacē amat.¶ Ad qd rn̄det augus li.v.de ciui.dei.c.xxij. quid facit vt puniantur noſtra peccata. Inquit enim ſic. Sic etiam tempora ipſa bellorum ſicut in eius arbitrio eſt et miſericordia vel atterere vel conſolari genus hominū vt alia citius alia tardius finiantur.¶ Scda cōmēdatio pacis dr filij dei dilectio.¶ De ipſo qui ppe incarnari dixit Iſa. ix.c. Vocabitur pnceps pacis Et de eo paulus ad epheſios c.ij.inquit. Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraqʒ vnū. et auguſtinus.xxiij.q.i.ca.niſi bella.ait. xp̄s vt pacem doceret venit in mūdū. Propterea naſci voluit tempe pacis quo Octauianus auguſtus pacifice vniuerſo ipabat orbi. Sedatis nāqʒ oibus bellis orbē totū ſuo ſubegit imperio cunctis inimicis et turbatoribus romanorum deuictis Vnde

Solin⁹ i li. de mirabilibꝫ mun
di ait. Tēpꝰ auguſti ſolū reptū
ē q̊ plimū armaceſſauerūt ⁊ flo
ruerūt ingenī Illo nāqꝫ tp̄e fue
rūt orati⁹ virgili⁹ ouidi⁹ macer
catull⁹ veronēſis, ꝓperti⁹. teren
cius. varro. marc⁹ tulli⁹ cicero
oppolodorus, valerius meſal-
la. valerius maxim⁹ ſaluſti⁹. ⁊
alij. Et ſ̄m Euſebiū in li. de tē
poribꝫ. Tēpibꝫ Octauiani fa
ctus ē rome cēſus ⁊ inuēta ſunt
in vrbe tricēta ⁊ ſeptaginta mi
liū ciuiū romanoꝝ. Pacifico
igit̄ tp̄e xp̄s voluit in terra viſi-
biliter apparere. In natiuitate
eius vero fecit angelos cantare
Et in terra pax homībus bone
voluntatis. vt ſcribitur. Luce
ij. c. Ad inſinuandū quantuꝫ
pax ſibi foret dilecta. Hic eſt ꝙ
ſcribitur in prologo decretaliū.
Rex pacificus pia miſeratione
diſpoſuit ſibi ſubditos fore pa
cificos. Et dū miſit diſcipulos
in omnē ciuitatē in qua erat ip
ſe venturus. vt dicitur Luce. x
c. monuit eos dicēs. In quan-
cunqꝫ ciuitatē intraueritis pri
mū dicite. Pax huic ciuitati.
⁊ in quancūqꝫ domū intraue-
ritis dicite. Pax huic domui.
Et in ſermone quē fecit in vlti-
ma cena. vt ſcribit̄ Iohā. xiiij.
c. quaſi pro p̄cioſiſſimo theſau-
ro pacē apl̄is reliquit. Pacē in
quit meā do vobis pacē relin-
quo vobis. ¶ Poſt reſurrectio-
nē vero ſepius apparēs: vt pꝫ
Luce. xxiiij. ⁊ Iohā. xx. Apo-
ſtolos ſalutabat dicens. Pax
vobis. ¶ Tertia ꝯmēdatio pa
cis dicitur ſanctoꝝ predicatio
hanc enī ſancti p̄dicauerūt. Vn̄
Dauid in pſ̄. xxxiij. Inq̄re pa
cē. Et paul⁹ ad Roma. v. cap.
Iuſtificati p̄ fidē pacē habea-
mus. Et ad Ro. xij. c. Si fieri
pōt q̄ ex vobis ē cū oībꝫ homi
bus pacē habētes. Et. ij. ad co
rithios. xiij. c. Pacē hēte ⁊ de⁹
pacis ⁊ dilectōis erit vobiſcū.
Et ad ephe. iiij. c. Solliciti ſer
uare vnitatē ſpiritus in vinclo
pacis. ⁊ ad Philip. iiij. c. Pax
dei q̄ exſupperat oēm ſenſuꝫ cu
ſtodiat corda veſtra ⁊ intelligē
tias veſtras Et ad Colocen-
ſes. iij. c. Pax xp̄i exultet in cor
dibꝫ veſtris. Et ad Hebre. xij.
c. Pacē ſequimini cū oībꝫ. ⁊ in
epiſtolis ſuis in principio pre-
mittebat. Gratia vobis ⁊ pax
Idē facit petrus. Iteꝝ Io. in
apocalipſi ſic incipit. Gr̄a vo-
bis ⁊ pax.

¶ Qd̄ ex pace ꝓueniūt oīa bōa
tp̄alia. corp̄alia ⁊ ſpūalia

Capitulum tertium.

Ertium myſteriuꝫ de
pace declaranduꝫ dicit̄
fructificatōis. Proue-
nit q̄ppe ex pace triplex fruct⁹.
¶ Primus tp̄alis.

¶ Scđs corporalis.
¶ Tertius ſpiritualis.
¶ Primus fructus q̇ ex pace oritur dicitur tp̄alis. Ipſa eniꝫ ciuitates ampliat. diuitias auget. edificia multiplicat. agros ſeminat. pomeria colit. ſciaruꝫ ſtudia nutrit. armenta paſcit. matrimonia iungit. ⁊ in t̄ra ac in mari ſecuꝝ prebet oīb; iter.
¶ Propterea Ouidi⁹ in lib. đ faſtis ait. Pace ceres leta eſt et vos locate coloni perpetuā pacē pacificūq; ducē. Et tulli⁹ in philippicis. Dulce nomē pacꝫ: res vero ipſa tū iocunda tum ſalutaris. Et Caſſiodorus li. i. ep̄laꝝ ait. Omni quippe regno deſiderabilis eſſe debet pacis tranquillitas in qua populi proficiūt ⁊ gentiū vtilitas cuſtoditur Hec ē bonaꝝ artium decora mater. Hec mortalium genus reparabili ſucceſſiōe mltiplicās facultates ꝑtendit mores extollit. ⁊ tantaꝝ reꝝ ignarus agnoſcitur qui eā minime queſiſſe ſentitur. Hec ille. Nec ſolum in pace tp̄alia bona quibus homi ſubuenitur multiplicantur. Quinimo ⁊ omia celeſtia atq; terrena corp̄a in pace ꝯſeruātur in ſuo eſſe. Vn̄ Grego. nazanzen⁹. in li. de regimie monachoꝝ ait. Celū t̄ra ⁊ mare d; nec inter ſe in pace ſunt et quiete nature ſue terminos ſeruant. Stat mūd⁹ in pulchritudine ſua ac decora prefulget et Boetius li. iij. de ꝯſolatōe Noſti ne oē qđ ē tādiu manere atq; ſubſiſtere quādiu ſit vnū. ſcꝫ ꝑ pacē vnitū. Sed interire atq; diſſolui pariter qū vnū eſſe deſierit. Ideo tulli⁹ in li. de amicitia ait. Que dom⁹ tam ſtabilis. q̄ ciuitas tam firma ē que nō odijs ⁊ deſidijs fundit⁹ poſſit euerti. Et Beda in omelia exponēs illud Omne regnum in ſeip̄m diuiſum deſolabit̄ inquit. Dom⁹ eni ⁊ ciuitas ſi fuerit diuiſa velociter diſſipatur. ⁊ etiā regnū quo nihil ē validi⁹ Cōcordat his oīb; illud Saluſtij in iugurtino. Cōcordia parue res creſcūt diſcordia maxime dilabūt̄. Sicut ergo euerſiones ciuitatū ⁊ deſtructio regnoꝝ atq; diuitiaꝝ ⁊ glorie copia deficiūt propter bella ꝑpter lites ⁊ diſſentiones. ita propter pacē hec omia augmentantur
¶ Secundus fruct⁹ pacis dicitur corporalis. homo eniꝫ pacifice viuēs comedit delectabiliter. dormit quiete. ambulatq; vbiq; ſecurus. Qui aūt inimicitias ſectatur ſemꝑ ē ſuſpect⁹ ſemper pauidus. ⁊ oīa ſunt ſibi amara. ¶ Ex pace inſuꝑ fit conſeruatio gentium ⁊ popl'orum ⁊ mors violenta neſcitur ſed ex guerris quis enumeret.

quot ſtrages: quot cedes hoīꝫ
ſequantur Res eſt hoꝛrēda ni
mis cōmemoꝛare q̄ ſcripta ſūt
ab hiſtoꝛicis de hominibus ꝗ
perierunt in bellis. de quibꝫ ali
qua nos enarrabimus. ¶ Re/
fert paulus oꝛoſius li. ij. ꝙ ſub
tribus regibus perſarum Ci/
ro videlicet qui gāgen fluuiuꝫ
in quadringentos ſexagīta al/
ueos ꝯminuit. Et ciro a tami
ri ſuperato. Et xerſe ex populis
per ſicis decies nonies centena
milia hoīm bella rapuerūt Nar
rat eutropius ꝙ marcus attiliꝰ
regulus miſſus a romanis in
affricam contra tres carthagi/
nenſiū duces dimicās victoꝛ fu
it. Decem ⁊ octo milia occidit
quinqꝫ milia cepit Iterum pu
gnās Regulus contra cartha
ginēſes qui a lacedemonijs au
xilium petierunt eo ꝙ pacem a
romanis obtinere nō potuerūt
victus eſt ⁊ captus trigintami
lia hoīm occiſa ſunt. ¶ Idē eu/
tropius metellus affroꝝ duceꝫ
ſuperauit vigintimilia hoſtiūꝫ
occidit. In bello ꝯtra falliſcos
quinto Luctatio ⁊ Malio cō/
ſuſibꝫ decemmilia hoſtiūꝫ ceſa
ſunt ¶ Lucio coꝛnelio lentulo ⁊
fuluio flacco cōſulibꝫ pugnatū
eſt cum in ſubꝛibꝫ ⁊ liguribus.
quoꝛum interfecta ſunt viginti
tria milia. captaquinqꝫ. Emi/
lio conſule ingentes gallorum
copie alpes tranſierunt quoꝛuꝫ
quadringentamilia capta ſūt.
⁊ interfecta. ¶ Hanibal apud
lacum tranſimenum flamineū
interemit vigintimilia romano
rum ceſa ſunt: Quingēteſimo
q̄dragenteſimo anno ab vꝛbe
condita. Lucius emilius pau/
lus ⁊ terentius varro cōtra ha
nibalem mittuntur. Et apud
cannas hanibal vicit eos ⁊ qua
draginta quatuoꝛ milia roma/
noꝛum cecidere afroꝛum tria
milia. Interea in hiſpania haſ/
drubal frater hanibalis a rōa/
nis vincitur vigintiquinqꝫ mi
lia de ſuis occidūtur. capiūtur
decem milia. ¶ Coꝛnelio ſcipio
ne fratre africani qui poſtea di
ctus eſt aſiiticus conſule an/
thiocu hus pꝛelio fuſus ē. Cu/
ius parte quinquagintamilia
equitum ceſa ſunt ¶ Quintus
cecilius metellus philippum i
macedonia cum vigintiquinqꝫ
milibus occidit, ⁊ macedoniaꝫ
recepit. ¶ Anno ſexcenteſimoſe
ptimo ab vꝛbe ꝯdita galli trāſ
alpini iuxta rodanum a roma
nis victi ſunt perieruntqꝫ par
tim in pꝛelio partim in flumie
centum quinquagintamilia.
¶ Marius iugurtam ⁊ bochū
mauritanie regeꝫ qui i auxiliū
iugurte venerat ſuperauit cen/
tum decem milibus hoſtium
occiſis. Marius poſt victoꝛi/

am iugurtinam ſecundo cõſul eſt factus ſecundum cimbros ⁊ theuthunos in duobus pre/ liis ducentamilia hoſtium occi dit. octogintamilia cepit. Scil la contra mitridatem cõſul in bello cum archelao. quem mi/ tridates aduerſum eum miſe/ rat apud pyreum non longe ab athenis. ita eum vicit vt de cẽ tum vigintimilibus vix decez archelao ſupereſſent. ¶ Ex ſcil le exercitu treſdecim tantum homines interfecti ſunt. Hac pugna cognita mitridates ſe/ ptuaginta milia electiſſima ex aſia archelao miſit. ¶ Contra quem ſcilla iterum conflixit ¶ Primo prelio quindecimi/ lia hoſtium ceſa ſunt ⁊ fili⁹ ar/ chelai diogenes. ¶ Scḋo om/ nes mitridatis copie extincte ſunt: Archelaus triduo in pa/ ludibus latuit. Bellum itali/ cum ⁊ ciuile conſumpſerũt vl/ tra centum quinquagitamilia hominum. Una hyeme ⁊ eſta te a lucullo miſſo contra mitri datem ad centum mitridatem ad centum fere milia hoſtium ceſa ſunt. ¶ Pompeius contra mitridatem miſſus in armenia minore quadragintamilia ho/ ſtium occidit. viginti tamen de exercitu ſuo perdidit. ¶ Iu lius ceſar in bello contra brita nos peremit quadragintaſe/ ptẽ milia. Itẽ ſueſones cũ q̄nq̄ gintamilib⁹ intemit. Poſt hec germanos q̄ renũ trãſierant ⁊ totas gallias ſibi ſubiiccere pa bãt occidit q̄ ferunt fuiſſe qua dringenta milia. Sed quid an tiqua recitamus exempla cum ⁊ diebus noſtris inumerabilẽ ſciamus multitudinem in bel lis peremptam. Si enim an/ tiqua ⁊ nouiſſima colligemus vtiq; ex hominibus interfect; in bellis montes excelſi cõſtrui poſſent ⁊ ex illorum ſanguine lagiſſima flumina ex remotiſſi mis locis ad mare currẽtia. O pax benedicta. O pax ſanctiſſi ma. O pax quietiſſima. que ta lia tantaq; mala debellat dele/ cit ⁊ proſternit. q̄ ciuitates am pliſſimas coudidit. conditaſq; fuauit hoimq; vitã diu pliſte re fecit ⁊ facit. Terti⁹ fruct⁹ pa cis dicitur ſpiritualis. Homo equidem pacificus eccleſie obe dit frequẽtat eccleſias ⁊ rebus ſpiritualibus deuote intendit. ſed dum damnato odio proxi mi ⁊ diſcordie quis detinet. ſa lutem anime negligit. omneſq; vias ad vindictam ⁊ offenſio/ nem proximi adhibet. Idcir/ co Aug⁹. li. d̄ verbis dñi. ⁊. xix de ciuitate dei ait. Pax eſt ſere nitas mẽtis. trãq̄llitas ai. ſim plicitas cordis. vinculũ amo/ ris. conſortiuz caritatis. Hec

eſt q̄ ſimultates tollit. iras cō/
pmit. bella cōpeſcit. ſuperbos
calcat. humiles amat. Hāc q̄
accipit teneat. qui dedit repe-
tat. qui amiſit reqrat. quoniaꝫ
qui ſine ea fuerit inuentus ab/
dicatur a patre. execrat a filio.
ꝛ a ſpūſancto effitiitur alienus
hec ille. Quare ſi volum⁹ ad
pacē ſupernā ꝑtingere ſtudea/
mus cum ꝓximis noſtris pa/
cem habere cū qua ſimul obti
nere valebimus dei gratiam.
Amen.

Explicit quadrageſimale.

Sermo d̄ ſcō Bonauētura

In memoria eterna erit iuſtus Scribuntur hec v̄ba originaliter i ps cēteſimo vn decimo p̄clariſſima merita do mini ꝛ beati bonauēture Six tū quartū pontificē maximuꝫ induxerūt vt hoc felici tp̄e illū carthalago ſcōꝝ aſſcriberet. res eſt vtiqꝫ grandis ꝛ digna val de que dei gloriā pādit. eccleſi am ſanctā exornat. religioneꝫ xp̄ianam letificat. ſacrūqꝫ or/ dinē minoꝝ ſubleuat ꝛ extollit Quid enim p̄ſtantius excogi tari pōt q̄ꝫ mortalē hominem poſt deuictū triumphatum q̄ꝫ mūdū ad celeſtia regna dedu ci ibiqꝫ ꝑpetua immortalitate gaudere cum xp̄o. Quis de beata gloria dubitare valeret ad quā dei amicos iā ꝑeraſſe certiſſimū ē. Ibi xp̄m rex glo/ rie. Ibi v̄go regina celorū Ibi patriarche ꝛ ſancti ꝓphe. Ibi apoſtoli. martyres. ꝯfeſſores. ꝛ v̄gines oēſqꝫ electi dei. Ibi deniqꝫ beatiſſim⁹ pater bona uentura. Quia ergo nouiſſime eſt cathalago ſanctorū aſſcri/ ptus equū eſt ꝛ rōnabile vt ei⁹ ſanctitas oīb⁹ nota fiat. Qua de re ſtatui in p̄nti ſermōe lau dibus eius incūbere qui erit i eterna memoria ꝓpter triplicē eius excellentiam.

¶ Prima d̄r vite

¶ Scda doctrine

¶ Tertia refulgentie.

¶ Qd̄ memoria ſancti Bona uenture erit eterna ꝓpter ſancti tatem vite illius.

Capitulum p̄mū

Prima excellentia ſan cti bonauēture q̄re me moria ei⁹ erit eterna d̄r vite. ſ. v̄tuoſe ꝛ mūde. Hec ꝓ maxime attendēda ē in illo q̄ canonizari d̄r. Sanctitas er/ go vite dn̄i bonauēture proba ri pōt triplici via.

¶ Prima d̄r teſtificatiōis

¶ Scda profeſſionis

¶ Tertia aſſumptiōis

¶ Prima via d̄r teſtificationis

Sūt nanqꝫ inter cetera tria d̄ illo teſtimonia. ¶ Primū teſti

moniū eſt Danthis poete vul
garis qui in tertia comedia in
ducit bonauenturā ſic loquen
tē Jo ſon la vita di bonauētu
ra da bagno regi che ne grādi
officij Semp̄ poſtpoſi la ſini/
ſtra cura. ¶ Scōm teſtimoniū 2
eſt alex. de halis doctoris pa/
riſienſis fratris minorū ꝛ nati
one anglici viri doctiſſimi cu
ius opus quod ſcripſit in the
ologia approbatū fuit ab ale
xandro q̄rto ꝛ ſexaginta magi
ſtris pariſienſib⁹ vt apparet in
bulla dicti pōtificis. ¶ Ipē ita
ꝙ alex. de halis vt ſcribitur in
cronicis cui⁹ auditor fuit bo
nauentura videns in eū morū
elegantiā. corporis pulchritu
dinē ꝛ cōpoſitionē dicere ſole/
bat ꝙ nō videbat adā peccaſ
ſe in bonauenturā. De alexan
dro ꝑe ipſe. Bonauentura i ſe/
cūdo ſuo diſ. xxxij in q̄one vtꝝ
adam deū cognouit in ſtatu i
nocētie eo genere cognitionis
quo expectamus eū cognoſce/
re in ſtatu glorie in fine. Inq̄t
ꝯ illos q̄ dicūt ꝙ diuina eſſentia
in ſe nec ab hoīe nec ab angelo
videbit. Hic ē vn⁹ de decē ar
ticulis reprobatis ab vniuerſi
tate magiſtroꝝ pariſienſiū tpe
epi guillermi ꝛ odonis cancel
larij. ꝛ fratris alexandri de ha
lis. M. ccxl. in octaua epipha
nie. ¶ Tertiū teſtimoniū ē ſan 3
cti Thome de aq̄no. Dū enī
dñs bonauentura pariſius le/
gendā ſcriberet btī franciſci ſe
mel acceſſit ſcūs Thomas q̄
ſibi chariſſimus erat ꝛ familia
ris valde ad eū viſitandū. ſcie
batq; ipm inſiſtere compilati
oni illius legēde. Cūq; aperu/
iſſet oſtiū cellule in qua mane/
bat bonauentura vidit illum
pennā in manu tenentē. ſed ra
ptū extra ſe ꝛ contēplationi in
tentiſſimū. Quare ad ſocium
ꝯuerſus dixit. Recedamus et
ſinamus ſanctū qui laborat ꝑ
ſancto. Affirmauit inſup ſan/
ctitatē bonauēture dñs petr⁹
cardinalis epūs Hoſtiēſis qui
fuit de ordine predicatoꝝ. hic
ſermonē habuit in funere ſuſce
pto themate. Doleo ſup te fra
ter mi ionatha In quo int̄ alia
retulit. ꝙ q̄cunq; bonauentu/
ram videbat ipſius amore ca/
piebat eiuſq; pijſſima monita
obediēter recipiebat. ¶ Scōa 2
via qua ꝓbatur ſanctitas vite
bonauenture dꝛ ꝓfeſſionis. ꝓ/
feſſus quidē fuit regulā ſanctā
beati franciſci que illam obſer
uantes ad xp̄i ꝛ angeloꝝ atq;
ſanctoꝝ ſocietatē ꝑducit: hec
autem regula ſanctiſſima ē cē/
ſenda ꝓpter tria.

¶ Primo quia a ſpirituſancto
inſpirata

¶ Secundo quia ſuper euan/

¶ Tertio quia ſup naturalib⁹
ſignis ꝯfirmata
gelio fundata.
¶ De q̄ ſcripſit Nicolaus terti⁹
extrauagāti libri ſexti decreta/
liū. Hi .ſ. fratres minores ſunt
illi⁹ ſancte regule ꝓfeſſores que
euāgelico fundaꝛ eloq̄o vite xp̄i
roboraꝛ exēplo ⁊ fundatoꝝ mi
litātis eccleſie aplo̅ꝝ ei⁹ ſermo/
nib⁹ actibuſq̄ꝫ firmaꝛ. Hec eſt
apud deū ⁊ p̄rem mūda ⁊ ima
culata religio q̄ defendēs a pa
tre luminū p ei⁹ filiū exempla
riter ⁊ verbaliter aplis tradita
deinde p ſpm̄ſanctū btō franci
ſco ⁊ eū ſequētib⁹ inſpirata toti
us in ſe ꝯtinet teſtimoniū trini
tatis. Hec ē cui ſ atteſtāte paulo
nemo decetero debet eſſe mole/
ſtus quā xp̄s ſtigmatibus ſue
paſſionis ꝯfirmauit volens in
ſtitutorē ipſius paſſionis ſue ſi
gnis notabiliter inſigniri. Hec
ibi hāc regulā bonauētura dile
xit hanc ⁊ diligenter ſeruauit.
¶ Natus enim in balneo regio
ex parētibus honeſtiſſimis pa
tre iohāne fidanza. matre vero
ritella. dū puerulus eſſet labo/
raretq̄ꝫ prope ad mortem voto
per matrem ad beatum franci
ſcum emiſſo a mortis faucib⁹ ex/
titit liberatus. Hoc ipe ita nar
rat in legēda beati frāciſci. In
numera quoq̄ꝫ per ipſum. ſcilꝫ
beatum franciſcum in diuer/
ſis partibus orbis exuberare nō
ceſſauit beneficia dī ſicut ⁊ ego
ipſe qui ſuperiora deſcripſi ex
periētia teſte in me ipſo ꝓbaui
Uoto enim pro me languente
grauiſſime ad beatum petrum
franſciſcū emiſſo: a matre cū
adhuc eſſem puerulus ab ipſiſ
ſum mortis faucibus erutus ⁊
in robur vite incolumis reſti
tutus. Quod cū viua memo
ria teneam vera nunc cōfeſſio
ne profiteor ne tantum benefi
cium reticens ſceleris arguar
vt igratus. hec ibi. ¶ Creſcēs
autem ipſe bonauentura d vir
tute in virtutem in anno etatiſ
ſue vigeſimoſecūdo religionē
ingreſſus eſt. In qua tantum
profecit in omni deuotione et
ſtudio litterarū q̄ ſeptimo an
no poſt ingreſſum religioni le
git ſententias Pariſius ⁊ deci
mo āno .ſ. etatis ſue trigeſimo
ſecundo ſuſcepit cathedrā ma
giſtralem. Qualiter autē reli
gioſi poſſunt eſſe magiſtri dixi
mus in quadrageſimali de pe
nitentia in ſermone de ambiti
one. Illud tamen non eſt p̄te
reundum ſilentio q̄ religio be
nedicta minorum fruct⁹ vber
rimos attulit eccleſie dei pro/
pter ſtudia litterarum ⁊ docto
rum virorum copiam qui p̄ter
illa que docuerunt viua voce
multa opera ediderunt ⁊ rede

ſerunt in ſcriptis. ex quib⁹ im menſa lux veritatis oritur po pulis xpianis. Sicut patet de alexandro de halis. bonauētu ra. ricardo de media villa. ſco to. franciſco de maronis. Nico lao de lira. Johanne gualenſe. petro aureoli giraldo odonis. ꝛ reliquis. ¶ Tertia via qua ꝓ batur ſanctitas vite dñi Bōa uenture dicitur aſſumptionis. Ob ingentes quippe virtutes eius ꝛ ſplendidiſſimā famam aſſumptus fuit ad triplicem di gnitatem ſcilicet.

¶ Generalatus.
¶ Archiepiſcopatus.
¶ Cardinalatus.

¶ Primo fuit aſſumpt⁹ ad di gnitatem generalatus. vt enim ſcribitur in cronicis ordis bea ti franciſci. Ipſe fuit octauus generalis ordinis ¶ Primus fuit beatus franciſcus.

¶ Scds frater iohānes de flo rentia dictus parens. ¶ Terti us frater Helias de aſſiſio.
¶ Quartus frater Albert⁹ de piſis. ¶ Quintus frater Hay mo anglicus. ¶ Sextus frater creſcentius de eſio. ¶ Septim⁹ frater Johannes de paruia.
¶ Octauus frater bonauētura Hic i capitulo generali rome celebrato Alexandro papa qr to preſente. Anno ab incarna tione domi. Millleſimo. cclvi In feſto purificatōis brē ma rie in generalem fuit elect⁹. An no videlicet tertiodecimo poſt religionis ingreſſuꝫ. Annis au tem decem ꝛ octo ordineꝫ lau dabiliter rexit. Tempore autē ſui generalatus facta fuit trāſ latio corporis ſancti Anthonij de padua ad pregrandē illam eccleſiam in qua nunc eſt recō ditum triceſimoſecundo anno ab eius obitu in octaua domi nice reſurrectionis. ꝛ tunc lin gua eius que tandiu ſub terra fuerat reperto eſt ita recēs ꝛ ru bicunda qua ſi cadeꝫ hora ſan ctus ille gl'ioſus deceſſiſſet quā deuotus Bonauentura in ma nibus reuerenter accipiens ir rigatuo pro fluuijs lachrima rum coram omnibus huiuſce modi verbis affari cepit O lin gua benedicta que ſemper bñ dixiſtis dñm ꝛ alios benedice re feciſti. Nunc manifeſte appa ret quanti exiſtis meriti apud deum. In capitulo etiam gene rali Narbone celebrato p eum ordinem in prouincias ꝛ cuſto dias taxauit expoſuitq; regulā

¶ Secundo aſſumpt⁹ fuit ad dignitatē archiepiſcopat⁹. Nā dñs Clemēs papa quart⁹ con tulit ei Archiepiſcopatū Ebora cenſem pinguiſſimum. Sed

ipſe de pariſius vbi tūc erat ad
pedes dñi pape ſe conferēs tam
humiliter ⁊ efficaciter tanto ꝙ
dui ceſſit ꝙ dñs papa eius ceſ-
ſionem acceptauit. Et ne quis
audeat titubare quia ſuperius
dixi ꝙ Alexandro quarto pñſen
te factus fuit generalis. ⁊ tunc
ꝙ clemens quartꝰ dederit Ar
chiepiſcopatum. ¶ Sciendū
ꝙ poſt alexandrum creatus fu
it Vrbanus quartus. Et poſt
Vrbanum Clemens quartꝰ
⁊ tandem Grego. decimꝰ. De
quo refert Bartholomeus de
Piſis in libro conformitatum
ꝙ nominauit eum pontificem
Bonauentura dum erat gene
ralis. Nam defuncto Clemen
te cum per plures menſes i ele-
ctione pōtificis cardinales cō-
cordare non poſſent tante opi-
nionis apud eos erat Bona-
uentura ꝙ omnes in eum vota
ſua compromiſerunt vt ſi ſe vel
alium in papam nominaret il
lum ipſi eligerent. Ipſe vero
nominauit dñm Theobaldū
Archidiaconum leodonēſem
ſanctiſſimum virum qui fuit
Gregorius decimus ⁊ multis
coruſcat miraculis. Et iacet
Aretij in eccleſia maiori canon
nizatus in dyoceſi aretina.
3 ¶ Tertio fuit ſanctꝰ Bonauen
tura aſſumptus ad dignitatē
cardinalatꝰ hec dignitas am-
pliſſima ē in eccleſia dei. quia
vt dicit glo. in c. miniſteriū. ex
tra de officio Archipreſbyteri
cardinales dicūtur. qꝛ per eos
regiꝰ vniuerſalis eccle. ſicut in
cardine regitur oſtiū. vt ponit
lxxi. di. ca. Fraternitatē. Et vt
ſcribitur Aug. de anchona in
libro de poteſtate eccleſiaſtica:
Cardinales aſſiſtant pape ſi-
cut apoſtoli xp̄o. Apoſtoli enī
ſunt nūcupati xp̄i fratres ⁊ pri
cipes mūdi. Sed papa cū fa-
cit aliquos cardinales inſignit
eos iſta duplici dignitate dicēs
eis. Eſtote fratres mei ⁊ princi
pes mūdi. Ipſe aūt papa gerit
perſonā xp̄i. Et ꝙuis etiā epī
ſuccedāt loco aploꝝ alio tamē
modo ꝙ cardinales. Apoſtoli
enim duplici mō ſe habuerunt
ad xp̄m. Vno mō vt ei pn̄tiali
ter aſſiſtētes ſicut fuit an̄ paſ-
2 ſionē ⁊ aſcenſionē ¶ Scd̄o mō
vt miſſi ex p̄cepto eiꝰ ꝑ orbem
qd̄ fuit poſt aduentū ſpiritusſā
cti qn̄ diſp̄ſi ꝑ orbē dimiſerūt
ſe accipiēdo vnuſquiſqꝫ prouin
ciā vel regnū in ſortē ſue p̄dica
tionis. Cardinales ergo repre
ſentant pſonas apoſtolorū vt
xp̄o aſſiſtentes. quia ipi aſſiſtūt
pape preſentialiter vel vicario
2 xp̄i. ¶ Scd̄omodo repreſentāt
perſonas aploꝝ epiſcopi qui ia

partem ſolicitudinis vocati ſūt regentes diuerſas ciuitates vel prouincias. vt Archiepī. Et iſtud ē ſatis ꝯueniēs. vt ſicut i Jerarchia celeſti. Aliqui ange li ſunt aſſiſtētes aliq̄ miniſtrā/ tes miſſi frequēter ad nos Jta i noſtra eccleſiaſtica Jerarchia decet aliq̄s aſſiſtere vt cardina les alios mitti vt epōs. Et quā uis hoc ſit decōi lege et ſecūduȝ cōmunē ſtatum. Tn̄ ſuborta cauſa nō tollitur quin cardīa les aliq̄n mittantur vt legati ⁊ epi etiam aliqui vocati a papa ſunt ei aſſiſtētes. Sicut etiam angeli aſſiſtentes aliq̄n mittun tur ſcd̄m aliquos. vnde dicitur yſaie. vi. ꝙ volauit ad eum vn⁹ de ſeraphin qui purgauit labia ſua. Seraphin autem eſt de or dine aſſiſtentiū. Et qꝛ etiā apo ſtoli nō ſemꝑ aſtiterunt xp̄o vt epiſcopi ſed vt miniſtrātes in alijs actibꝫ. Nā in vltima ce/ na vel poſt reſurrectionē quan do dixit accipite ſpm̄ ſanctum fecit eos epiſcopos. Jdeo nō iſt indecens ꝙ nō omēs cardina/ les ſint epiſcopi ſed aliqui preſ byteri aliqui diaconi. ¶ Accipi unt aūt pilleū rubeum a papa in ſignū ardentis caritatꝫ quaȝ debent habere ita vt ſint para/ ti ſanguinē ſuū fundere ⁊ mo/ ri pro bono ⁊ defenſione ecclie. Unde in ca. Fundamenta. de electione. li. vi. Dicuntur cardi nales. fratres. coadiutores. cō ſilia rij. ⁊ aſſiſtentes dn̄i pape. Jgitur vt ad ſanctum bonauē turam redeamus. ipſe pariſius exiſtens vocatus fuit lugduni a gregorio papa qui ipſum reci pere cardinalatum ⁊ epōpatū albanēſem coegit Jmpoſuitqꝫ vt ꝯſilij negocia ipſe dirigeret ⁊ pertractaret. Jlle nāqꝫ temꝑe frater hieronimus de eſculo or dinis minoruȝ qui fuit poſtea generalis. Deinde cardinalis epiſcopus peneſtrinus. Et tan dem papa Nicolaus quartus redijt ex partibus orientalibus ad quas miſſus fuerat cum ſo lēnibꝫ nūcijs grecoꝝ ⁊ tartaro rū. Et ipſo bonauētura ſugge/ rente greci ad vnitatē eccleſie re dierunt ⁊ tartari baptizati ſunt

¶ Quod memoria ſancti bo/ nauēture erit eterna propter ei⁹ doctrinā deuotiſſimā ⁊ copio/ ſam atqꝫ aīabꝫ vtilem.

## Capitulū ſecundum.

Ecunda excellētia ſancti bonauentu/ re dicitur doctrine. Fuit enim ipſe do/ ctor eccleſie ſancte. Quod nec minimū putari debet cum di/ catur in. ca. Cum ex iniuncto. extra de heretecis. Doctorū or

do precipuus eſt in eccleſia dei
Et de doctoribus ſcriptum eſt
Danielis. xij. c. Qui ad iuſtici
am erudiunt plurimos fulge-
bũt quaſi ſtelle ĩ ꝑpetuas eter-
nitates. Et aureola promittit
doctoribus. virginibus ꝛ mar
tyribus. vt docet Albertus in
compendio theologie. ¶ Do
ctrina ꝟo bonauenture triplici
conditione prefulget.

¶ Prima deuotõis
¶ Scđa copioſitatis.
¶ Tertia vtilitatis.

¶ Prima conditio eſt deuotõ
nis. Didicit enim illam bona
uentura ꝛ acquiſiuit cuȝ humi
litate ꝛ timore dei. Nam ĩ cro
nicis ita dicitur de illo. Si qui
dem omnẽ veritatem quam ꝑ
cipiebat intellectu ad formam
orationis ꝛ laudationis diuie
reducens contineo ruminabat
affectu nec tantum ipſe guſta
uit que didicit queꝗ alios do-
cuit. Sed profecto quicũꝗ eiꝰ
ſcripta legit inueniet ibi ſemper
ſpiritualem quẽdam ſaporeȝ q̃
ſi velit refici poteſt ꝛ deuotõne
precipua ad res diuinas inten
di. ¶ Scđa conditio doctrine
bonauenture dicitur copioſita
tis. Scripſit enim copioſe de
rebus diuinis. Nam contem
platione regis francie Ludoui
ci officium crucis compoſuit
Scripſit legendã btī franciſci
maiorem. ſ. ꝛ minorem ꝛ offici
um eius ꝓ maiori pte. Item li
bellum de ſex alis ſeraphin. et
libellum apologie cõtra giral
dum de abbatis villa qui reli
gioſos damnabat ꝛ leproſus
mortuꝰ ẽ. Apologia aũt eſt ſer
mo excuſatorius vel defenſori
us. lxxvi. di. c. Hanc naturaȝ
Scripſit regulam nouiciorũ
Et ſup geneſim opuſ quod in
titulatur de ſeptem viſionibꝰ
ꝛ ſuper quattuor libros ſenten
tiaꝝ. ꝛ ſuper euangelia. ꝛ ſmo
nes dñicales per anni circulũ.
ꝛ arborẽ crucis ꝛ breuiloquiũ.
ꝛ alia opuſcula mire deuotio
nis ꝛ guſtus ſpũalis ¶ Tertia
conditio doctrine bonauẽture
dr̄ vtilitatis. eſt quidem vtilis
valde tam ſpeculationibꝫ diſ
putationũ vacantibus q̃ꝫ pdi
cantibus populis verbuȝ dei
q̃ꝫ etiam ipſis auditoribꝫ. ha
bet enĩ cũ ꝓfũditate ſenſus tã
tam facilitatẽ ꝛ lucíditatem vt
oībꝫ merito ꝓdeſſe poſſit.
¶ Vñ memoria ſancti bona
uenture erit eterna ꝓpter ſplen
dorem miraculoꝝ ꝛ canoniza
tionis ꝛ glorie beate.

Capitulum tertium

Ertia excellẽtia ſancti
bonauenture dr̄ reful
gentie ꝓpter quã erit ĩ
memoria eterna. Fecit enĩ deꝰ
hunc glorioſũ ſanctuȝ fulgere

triplici ſplendore.
¶ Primus dicitur miraculo⁊
ſe coruſcationis.
¶ Secūdus eccleſiaſtice cano
nizationis.
¶ Tertio ſupne glorificatiōis
¶ Prim⁹ ſplēdor dr̄ miraculo
ſe coruſcatiōis. nam in vita ⁊
poſt miraculis eū deus coruſ
care fecit. Dū eni ex humilita
te aliq̄b⁹ dieb⁹ abſtinuiſſet a ce
lebratione miſſe dū genuflexuſ
quodā die miſſam audiret ſat
tente facta diuiſiōe hoſtie a ſa
cerdote ꝑticula vna ꝑ ſemetip
ſam ad os bonauēture ꝓpa
uit quā reuerenter ⁊ cū lachry
mis ſuſcepit. ¶ Apud Lugdu
nū cū q̄dā mulier ſimona noīe
filiū mortuū peꝑiſſet illum ad
ſci bonauēture pedes detulit.
q̇ facto ſigno crucis ſuꝑ eū vi
uū matri reſtituit. Cū ꝓo ſplu
rimū laboraſſet mūdū ſe fuās
⁊ deo gratū in quolibet ſtatu
Lugduni ſciſſime vitā finiuit
anno etatis ſue q̇nq̄geſimoter
tio hora matutina diei dn̄ice
xiiij. die mēſis iulij. Eadē vero
die ſepultū corp⁹ in eccl'ia fra
trū minoꝝ. Ad ſacꝝ cui⁹ tumu
lū ⁊ iuocationē p̄ſidij ſui mul
ta fuere miracula ſubſecuta ex
q̇b⁹ aliq̄ decurram⁹ ¶ Muli
er quedā de caſtro villano oc
to dieb⁹ laborauerat in partu:
eratq̄ꝫ in maximo ꝑiculo con
ſtituta. Emiſſo ꝓo voto q̄ ſe
pulchꝝ ſci bonauenture viſita
ret. mox libera peꝑit. Dux orli
anenſis carcerat⁹ a magne bri
tanie rege detinebat̄. Incurrit
q̄ꝫ q̄rtanā cū dolore capitis et
renū Inuocato ꝓo cū intenſa
deuotiōe bonauētura ⁊ a car
cerib⁹ ⁊ infirmitate liberat⁹ eſt
⁊ in gallias rediens ſepulchrū
bonauēture ꝑſonaliter viſita
uit. ¶ Petrus filius iohannis
calzolarij lugdunēſis claud⁹
dextera tibia ita ⁊ ſine baculo
ambulare nō poſſet voto emiſ
ſo ad ſanctū bonauēturā libe
ratus ē. ¶ Uxor mgr̄i iohānis
garbottini regij ſecretarij hy
dropica ⁊ a medicis de ſanita
te iam deſperata accedente ꝓ
ea viro ſuo ad ſepulchꝝ bona
uenture ſanata ē ita q̄ rediens
vir ſanā illā inuenit. Et ne ſin
gula miracula iueniam⁹ illud
tantū ē recēſendū. q̄ in tranſla
tione corꝑis dicti ſci de eccl'ia
antiq̄ ad nouā lugdunenſem
corroſa reliq̄ ꝑte corꝑis caput
inuentū ē integꝝ capillaturaꝫ
hn̄s ac labia ⁊ dētes. Inuēta
qꝫ eſt eius lingua colorata ⁊ in
tegra ac ſi eſſet hominis viui.
¶ Quedā mulier vebruetano
lacidomia noīe filias multas
feminas pariēs viro ſuo fran
ciſco ingrata erat. Tandē ſua
ſu cuiuſdā magiſtri franciſci d̄

oꝛdine minoꝝ emiſſo voto ad
bonauēturā inde ad paucos
dies ꝯcepit filiū vocauitq3 bo
nauēturā. ¶ Scđ'ꝰ ſplēdoꝛ q̄ de
us fulgere fecit bonauētura dr̄
canonizatiōis. Sciſſimꝰ eni3
Sixtꝰ illū ſolēnit̄ canōizauit
p̄miſſis ſolēnitatib3 conſuetis.
Ut em̄ ſcribit̄ i glo. i. c. glioſꝰ.
deꝰ. de reliq̄. ⁊ vene. ſcōꝝ li. vi
Papa ſolus h3 canonizare. ſā
ctos ¶ Pꝛio q2 canōizatio eſt
vna de maximis cāis fidei: iō
ad papā referēda. extra de ba
ptiſmo. c. maioꝛes. ¶ Scđo q2
papa h3 iudicare d̄ miraculis
fidei. xxiiij. q. i. ca. q̄tiēs ¶ Ter
tia q2 ad papā ſpectat declara
re dubia ſcripturaꝝ multofoꝛ
tiꝰ dubia ſcitatis. extra q̄ filij
ſūt legit. c. Per venerabilem.
Quarto ne p̄ multoꝝ ep̄oꝝ3
ſimplicitatē ꝯtingat ꝓplm̄ deci
pi. Scđm ꝓo aug̃. de an. i li.
de p̄tāte eccleſiaſtica. Sanctū
aliquē canonizare nō ē aliud
q̄ ſcitatē alicuiꝰ venerādā et
app̄ꝛobandā manifeſtare. Et
vt Hoſti. dicit de reliq̄. ⁊ vene
ratiōe ſcōꝝ In canonizatione
ſcōꝝ ſc̄m moꝛē quē nūc tenet ec
cleſia duodecim ſūt ſeruāda.

Primū ē freq̄ns denuncia
tio vt nō ſolū ſemel ſed pluri
es pape denūciet̄ q̄ p ſctō de
beat venerari vt ſic m̄ltiplica
tis intcelloꝛib3 largiat̄ qđ petit̄

¶ Scđm eſt cōmiſſio. ſ. exami
nationis fiende.

¶ Tertiū eſt cōmiſſionis inq̇ſi
tio. ſ. p̄ teſtes iuratos ⁊ fideles

¶ Quartum eſt inquiſitionis
facte relatio

¶ Quintum eſt relationis di
ligens examinatio

¶ Sextū eſt examinatiōis fa
cte per conſiſtoꝛiū diſcuſſio

¶ Septimū eſt ſecreta diffini
tio ⁊ terminatio.

¶ Octauū eſt manifeſta pub
licatio.

¶ Nonū eſt diei canonizatiōis
aſſignatio

¶ Decimū ē ipſius pape ⁊ aſſi
ſtentiū genuflexio ⁊ oꝛōnis de
uotio ne deus p̄mittat eccleſiā
ſuam decipi ⁊ errare

¶ Undecimū eſt ſmocinatio
⁊ miraculoꝝ ac operu3 miſeri
coꝛdie recitatio necnon ipſius
ſancti in cathalogo ſanctoꝛu3
conſcriptio.

¶ Duodecimū eſt miſſe in ho
noꝛem ſancti celebꝛatio. In p̄
mitiua autem eccleſia nō ſua
bant̄ ꝓpter duo

¶ Pꝛimo q2 ibi ſci vt in pluri
bus erant martyres in q̇b3 nō
requirebat̄ talis examinatio ſi
cut in ꝯfeſſoꝛib3. ¶ Scđo. quia
ex feruoꝛe fidei ⁊ ex meriti xpi ⁊
apoſtoloꝝ miracula ⁊ alia ope
ra ſic erant euidētia q̄ non po
terant terguerſatione celari.

¶ Si aũt q̃rat vtrũ icanonizatione req̃rat ſenſus cardinaliũ ⁊ ꝯſiliũ eoꝝ. ¶ Rñdet aug⁹ de an. vbi s. q᷑ de neceſſitate non req̃rit qꝛ ptãs pape nõ limitatur ĩ aliquo nec ꝺepẽdet a collegio. ſed poti⁹ ecõuerſo. Non em̃ collegiũ aſſiſtit pape ꝑ modũ limitationis ſeu determinationis ptãtis eius ſed magis ꝑ modũ miniſterij ⁊ conſilij vt debito mõ h⁹mõi ptãtẽ exeq̃tur. vñ extra de ſen. ⁊ re iu. ca. ad apoſtolice. glo. ait. Papa dicit p̄ſente ſacro ꝯſilio ad memoriã ſempiternã hoc potius eſt ad honeſtatẽ q̃ ad neceſſitatẽ. Nam ſine ſnĩa ꝯſilij ſententia pape ſufficeret ꝯ̄ iperatorem ⁊ queecũq᷑ alium. xv. q. vi. alius. Ipſe em̃ habet plenitudinẽ ptãtis. vt. ij. q. vi. c. decetero. Papa em̃ nõ ſubijcit canõibꝫ nec ab eiſ auctoritatẽ hꝫ ſꝫ eꝯ̄. extra ꝺ elec. c. ſignificaſti. Hec ibi. Sic etiã in canonizãdis ſanctis plenitudinẽ habet ptãtis. ¶ Tñ de congruo req̃rit collegiũ in tali cauſa magiſ q̃ĩ aliqua alia etiam ⁊ vota omniũ p̄latoꝝ curie vt cauti⁹ agatur ⁊ auferat ois ſuſpicio falſitat. ¶ Premiſſis itaq᷑ huiuſcemodi ſolẽnitatibꝫ req̃ſitis facta qꝫ diligentiſſima examinatione ſuper vita ⁊ miraculiſ bonauenture inſtantibuſqꝫ ꝑ canonizatõe eius frederico imꝑatore ludouico francoꝝ rege ferdinãdo rege ſicilie citrafaꝝ mathia rege vngarie. duce venetiaꝝ. duce calabrie. duce ſubaudie. duciſſa calabrie. florentinis. ꝑuſinis. balneoregianiſ ac reuerendiſſimo cardinali iohãne de aragonia. ſanctiſſim⁹ papa Sixtus bonauẽturã ſolenniter canonizauit rome. Anno dñi. M. cccc. lxxxij. menſe aprilis. ¶ Gaudeo qꝛ erã tũc in vrbe p̄dicans regnũ dei. fuiq᷑ cũ ceteris p̄latis dũ vota omniũ exq̃ſita fuere: fui dũ ſolẽnis oratio habita ẽ de laudibꝫ huius ſancti in publico ꝯſiſtorio. fui etiã dũ pontifex in eccleſia ſancti petri miſſam cãtauit ex ſua dĩna voce dicere cepit. Sãcte bonauẽtura ora ꝑ nob. ¶ Gaudeat igit mater eccleſia in hui⁹ ſancti canonizatiõe. letentur et cuncti fideles q̃bꝫ nou⁹ ad ieſum xp̄m dat⁹ ẽ interceſſor.

¶ Exultet ſacra mioꝝ religio in huius ſancti noĩe nõ mediocriter ſublimata. Sed ⁊ tu reuerendiſſime generalis minoꝝ gratias referas imortali deo ⁊ ſuo vicario pontifici maximo atq᷑ reuerendiſſimis dñis cardinalibꝫ cõmiſſarijs ĩ cauſa tã letabũde canonizatiõis videlꝫ Iuliano tt. ſci petri ad vincula. Stephano mediolanẽſi

nūcupato. ⁊ Franciſco ꝺ gon
zaga mantuano. qꝛ compleue
rūt ardētiſſimū deſideriū tuū
Tu franciſcus ſanſon diceris
duplici ꝟtutis vocabulo nun
cupatus. Tu hac etate nr̄a vir
eruditiſſimus humanaꝝ diui⸗
narūqꝫ reꝝ omnē a te pompā
⁊ elationez effugaſti imitatus
franciſci patris veſtigia. Tu
in laboꝛibꝫ regiminis oꝛdinis ro
buſtus ⁊ validus vt alter ſan
ſon es viſus. Sed ꝑ canoniza
cione ſancti bonauēture ſanſo
nis fortitudinē ſupaſti. Quiſ⸗
nam explicet quanto laboꝛe. q̄
ſolicitudine quibꝫ vigilijs q̄n⸗
tiſve ad deū oꝛōnibꝫ canoniza
tionē hanc ꝓcuraſti. Vidi te
ego diſcurrentē ꝑ vrbē nūc ad
pedes pontificis. nūc ad reue⸗
rendiſſimos dn̄os cōmiſſarios
⁊ alios cardinales. nūc ad ali
os p̄latos ⁊ curiales ſempꝛ in
defeſſe hanc canonizationē ex
poſtulādo. Vidi te madefac⸗
tū ꝙ̄ſepe ſudoꝛe. vidi te mente
anxiū ⁊ qn̄qꝫ ꝓpter tarditate lu
gentē. nihilominus nunq̄ ceſ⸗
ſaſti laboꝛare quouſqꝫ ſanctū
hoc negociū deductū eſt ad ꝑ⸗
fectū. Benedicamus ergo oēs
patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſcm̄ ⁊ bona
uen. p̄cipuo iam veneremur af
3 fectu. ¶ Tertius ſplendoꝛ bo⸗
nauenture ꝺꝛ ſupne gloꝛifica⸗
tionis. Sicut in eccleſia mili⸗

tanti deus magnū fecit illū ita
incōparabiliter exaltauit eū in
eccleſia triūphāte. Dep̄cemur
itaqꝫ ieſum xp̄m caput electoꝝ
vt ꝑ huius ſancti merita nos
pducat ad celeſtē patriā Amē
¶ De ſcō Bernardino p̄dica
toꝝ noſtri tēpoꝛis p̄ncipe.

Sermo. liiij.

Dilectus deo ⁊
hominibꝫ: cui᷒ me
moꝛia in benedicti
one eſt Sapientis
verba ſūt iſta originaliter Ec
cleſiaſtici. xlv. ca. ⁊ in epl̄a ho⸗
dierne feſtiuitatis. Vellē hoc
tpe tanto eloquentie ſplendoꝛe
fulgere vt nō ſolū alteꝝ demo
ſthenem p̄ncipem oꝛatoꝝ gre⸗
cie aut ciceronē latinū me pu
tarent oēs aſtantes. ſed ange⸗
lum crederent de celo miſſum:
vt fari poſſem eximias laudes
illius ſancti Bernardini qui
ſua p̄dicatione nomen glioſuz
Jeſu xp̄i mirabiliter exaltauit
Ipſe quippe alter paul᷒ ⁊ vas
electiōis xp̄ianam religionem
ſua doctrina refoꝛmauit Ipſe
italie populo ꝑ abrupta vicio
rum deuiantes ad ſemitā ꝟtu
tum ⁊ iuſticie reduxit. Ipſe de
niqꝫ religionē ſacram minoꝝ
numero ⁊ ſanctitate adauxit.
Merito itaqꝫ in eius ſolēnita
te p̄conia p̄dicationis ei᷒ enar
rare debemus Ob illā nanqꝫ

deo ⁊ hominibꝫ dilectus eſt et memoria eius benedicta ī ſempiternū manebit. De qua in pſenti ſermone tres excellētias pponimus declarandas.

¶ Prima dr̄ cōmendatiōis
¶ Scđa conditionis.
¶ Tertia honorationis.

¶ Quod cōmendatꝛ pdicatio ſancti bernardini ꝓpter humilitatē charitatē ⁊ patientiam.

Capitulum pmū

Prima excellentia pdicationis ſancti bernardini dr̄ cōmendatiōis

Sua qppe pdicatio ſatis ē cōmēdāda. ⁊ maxime ꝓpter tria

¶ Primo ꝓpter humilitatē.
¶ Scđo ꝓpter charitatem
¶ Tertio ꝓpter patientiam

¶ Primo cōmendatꝛ pdicatio ſci bernardini ꝓpter humilitatem. Nō em̄ pdicauit pſumptuoſe aut ſupbe ſe ingerēs ſed miſſus. Officiū nāqꝫ pdicatorū. officiū eſt angeloꝝ. qꝛ ſicut angeli annūciant diuina. ita ⁊ pdicatores. de quibꝫ dauid in ps. ait. Annūciauerūt opa dī. Angeli aūt non ex ſe veniunt. ſed vt dicit apoſtolus ad Hebreos ij. c. In miniſteriū miſſi ſunt. ſic ⁊ predicatores. Quomodo pdicabunt ait apoſtolus ad romanos. x. Niſi mittātur. Quod autem Iſaias non vocatus ſe obtulit ad pdicandum cū dixit. Ecce ego mitto me. Iſaie. vj. ca. Et econtra cū Hiere. mitteretur a deo ſe excuſauit dicens. A a a domine deꝰ. ecce neſcio loqui. Hiere. i. c. Et ſi diuerſa vox extra pdijt. non tamen a diuerſo fonte dilectionis emanauit. Duo quippe ſunt pcepta charitatis vt ait grego. amor. ſ. dei ⁊ proximi. Per actiuam vitam prodeſſe proximis cupiens Iſaiaꝫ officium pdicationis appetijt. Per contemplationem vero hieremias ſedule amori conditoris iherere deſiderās ne mitti ad pdicandum debeat contradicit. Quod laudabiliter vnus appetijt: hoc laudabiliꝰ alter expauit. Iſte ne tacite cōtemplationis lucrum loquendo perderet. Ille ne ſ dāna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. Sed h̄ in vtriſqꝫ eſt ſubtiliter intuendū. qꝛ ⁊ is qui recuſauit plene nō reſiſtit. ⁊ is qui mitti voluit ante ſe p altaris calculum purgatum vidit. Et paulo ā. Grego. dicit. Sicut toto deſiderio occupationeꝫ fugere debemꝰ. ita ſi deſit qui pdicet occupatiōis onus libēti neceſſe ē aīo ſubire. Hec oīa. lxxxij. q. i. c. in ſcripturis. Et qꝛ difficile ē ⁊ eaꝝ videre ſe purgatū Quia nemo ſcit vtꝝ odio vel amore dignꝰ ſit vt dicitur Ec

cleſiaſtes. ix.c. Ideo nullus dꝫ pſumere ex ſe ire ad predicādū Sed expectare debet vt mitta tur vel a deo vel ab eccleſia. vñ de Johāne baptiſta dicit Jo/ han. i. ca. Fuit homo miſſus a deo. Nō tñ creditur alicui di/ centi ſe miſſum a deo ꝙ ab eccia nō eſt miſſus niſi probet ꝑ mi/ raculū ſicut moyſes extra de he reticis. ca. Cū ex iniuncto. Et argumentū de con. di. ij. ca. Re vera. Sic fuit miſſus Equici us cui apparuit in ſomnis an gelus ⁊ eū ad p̄dicandū miſit xvi. q. i. §. Hoc idem Ab eccle ſia autem mittitur quis vel or dinarie vt quilibet curatus ſal/ tim quo ad ſubditos Ad recto res enim eccleſie maxime per ti net predicare ꝑ ſe vel ꝑ alium ſubditis ſuis. vñ primis recto ribꝫ dixit xp̄s Marci vltimo. c. Eūtes in mundū vniuerſuꝫ p̄dicate euangeliū omni creatu re. Et grego. dicit in paſtorali xliij. di. c. Sit rector. Officiuꝫ p̄dicationis ſuſcipit ꝗſquis ad ſacerdotiū accedit vt añ aduen tū iudicis qui terribiliter ſequi⁹ tur ip̄e. ſ. clamādo gradiat id ē p̄dicando. Et loquit Grego. d̄ curatis. Qui etiā figurā indu cit Exodi. xxviij. c. vbi dicitur ꝙ ſacerdos ingrediēs taberna culū tintinnabulis ambiat vt audiatur ſonit⁹ qñ ingreditur

